
1561







Abridged "Commentaries" of Mattioli.

1749

Ex Libris

Joannis Baptistæ

D̃e Nampor

ambiani

42850

HISTORIA PLANTA-RVM.

Earum Imagines, Nomenclaturæ Qualitates, & Natale Solum.

Quibus accessēre Simplicium Medicamentorũ facultates, secundum Locos & genera, ex Dioscoride.

LVGDVNI
Apud Gabrielem Coterium.
1561.

SPLENDIDISS. VIRO D. NICOLAO HENRY, D. à Cremyeu, Treuoulx, Feurs, &c. Viennæ Galliarum Prætori.

Sanromt

ANTON. PINAEVS. S.

FErianti mihi, Prætor ornatiſſ. incidit in manus, anno ſuperiore, MATTHIOLVS in Dioſcoridẽ:quẽ vbi Gallicè reddidiſſem,placuit etiam-num manualem ipſum facere,in nominis tui gratiam.Ex quo enim te primùm vidi ſemper obſeruaui vnicè , cùm ob raras animi tui dotes , tum maximè ob ſublimitatem illam ingenij , quæ te valde ſpectabilem apud omnes noſtros reddit. Mirum eſt enim quantum in hoc tuo ætatis flore

adoleuit ratio, ita exactè de omn
re iudicas. Quo preiudicio quic
certius habere poteſt frequentiſ-
ſimum hoc Galliarũ Emporium,
ad confirmandam illam quam de
te concepit expectationem? Ta-
lis ergo cum ſis, ad te velut ad e-
xactiſsimum Cenſorem hoc Tel-
luris Promptuarium mitto, ea de
ſcriptum arte , vt quicquid de
Plantarum ratione ſummi in Re
Medica Principes ſenſerunt , in
hoc Enchiridio poſsis conſpicere,
ſerióque ludere in hoc vaſto Na-
turæ horto cum ſummis Authori
bus, ſiue piſcari, venari, aucupari,
ſiue demum ruſticari animi gra-
tia libeat. Quam omnem operam
boni æquique conſules. Viue & va
le, vir ornatiſſ. Pinæúmque tuum
ama. Lugduni x v. Ianuarij,

M. D. L X I.

Iris: Græcis, ἶρις: Arabibus, Aſmeni iuni, ſiue Aierſa: Italis, Iride, Giglio azurro, ſiue Giglio celeſte: Germanis, Blavv gilgen, Blavvſchvvertel, Veielvvurtz, ſiue Himmelſchvvertel: Hiſpanis, Lirio cardeno: Gallis, Glayeul, ſiue Flambe.

Locus ex Fuchſio.



Naſcitur in hortis, & vinearum Septis.

Qualitates ex Matthiolo.

Excalfacit ordine ſecundo completo, vel tertio inchoante, & pariter ſiccat.

Ex Fuchſio.

Abſtergit et maturat.

Iris ſylueſtris: Italis, Giglio ſaluatico: Gallis, Flambe ſauuage.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur ſponte in Montibus, in ſaxoſis, & quandoque in campeſtribus.

Qualitates.

Eiuſdem eſt temperatura cuius Iris: habita proportione ſatiuorum & ſylueſtrium.

Iris

Iris syluestris altera.

Gallis, aultre flābe sauuage.



Locus, & Qualitates.

Vide quæ dicta sunt de Iride domestica, & Syluestri.

Acorum: Græcis, ἄκορον: Arabibus, Vage, ſiue Vgi: Medicis & Seplaſiariis, ſed falſò, Calamus odoratus.



Locus ex Apuleio.

Naſcitur in cultis, Pratis, & Hortis.

Qualitates.

Gale. li. 6. ſimp. me. *Guſtu acre, modice amarum, odoréque non iniucundum: Vnde conſtat id eſſe facultatis calidæ, & conſiſtentiæ tenuis.*

Acorum falſum: Gallis, Flambe de riuieres, ou de marais: Germanis, Geel Lilien, ſiue Acker vvurtz.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in paluſtribus & aquoſis.

Qualitates ex Fuchſio.

Deſiccat, nec tamen valde excalfacit.

Meum, siue Anethum tortuosum: Græcis μῆον: Arabibus Mu: Italis, Meo: Germanis, Baer vvurtz: Hispanis, Pinillo.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in Campestribus, & cultis: maximè in Hispania.

Qualitates.

Gal. li. 7. simp. me.

Excalfacit tertio, & desiccat secundo ordine.

Cype

Cyperus: Græcis, κύπειρος: Arabibus, Saherade: Italis, Cypero: Germanis, Vuilder Galgan: Hiſpanis, Ioncia de Olor, ſiue Ioncia Auellanda: Gallis, Souchet.



Locus.

Naſcitur in lacunoſis, Paluſtribus, & cultis.

Dio. li. 1. cap. 4.

Qualitates.

Cyperi radices excalfaciunt pariter & exiccant abſque mordacitate. Habent etiam aliquid incidentis facultatis.

Gal. li. 7. ſim. me.

Piper

Piper Indicum, siue Siliquastrum: Italis, Pepe Indico: Germanis, Indianisch Pfeffer: Gallis, Poyure d'Inde.



Locus ex Fuchsio.

Exoticum est: & seritur in hortis.

Qualitates ex eodem.

Excalfacit, & desiccat vehementer: quod indicat vehemens seminis acrimonia, & foliorum amaritudo.

Nar

Nardus Indica, ſiue Spica Nardi: Græcis, Νάρδος, καὶ νάρδου στάχυς: Arabibus, Stumbel, ſiue Seubel: Germanis, Edelfrembd, Vvolriechent, ſiue Spicken Nardi: Hiſpanis, Hazumbar, ſiue Eſpiga ſil: Officinis, Spica nardi.



Locus.

Naſcitur in montibus, & vliginoſis locis, in Syria. Dio. li. 1. cap. 6.

Qualitates.

Excalfacit exceſſu primo, & deſiccat ſecundo iam completo. Gal. li. 8. ſim. me.

Nard

Nardus Italica, ſiue Nardus mas: Italis, Spigo: Gallis, Aſpic.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in montibus, & locis Saxoſis.

Qualitates, ex Matthiolo.

Excalfacit & exiccat ordine ſecundo completo, vel tertio inchoante, viribus à Nardis non longè recedentibus.

Lauendu

Lauendula, ſiue Nardus Fœmina: Germanis, Lauendel: Italis, Lauendula: Gallis, Lauande.



Locus, & Qualitates.

Vide quæ dicta ſunt de Nardo Italica: huc enim ſunt referenda.

Nar

Nardus Celtica: Græcis, νάρδος κελτικὴ: Italis, Nardo Celtico: Gallis, Nardus Gaulois.



Locus.


Dioſ.li.1. cap.7. *Naſcitur in Liguria Alpibus, & apud Noricos.*

Qualitates.

Gal. li.8. ſimp.me. *Imbecillior eſt alijs Nardis, ad omnia, præterquàm ad prouocãdam Vrinam: ſiquidem calidior illis eſt ſed minus adſtringit.*

Nardum

Nardum syluestre, siue, Asarum: Græ-
,ἄσαρον,καὶ ναρδ@ ἀγρία: Arabibus, Asa
n: Italis, Asaro, siue Bacchara: Germa-
s, Hasel Vvurtz.: Hispanis, Asara Baccara:
allis, Cabaret.



Locus.

Nascitur in vmbrosis montibus. Diosc. li. 1. cap. 9.

Qualitates.

Facultatis est calida & cōsistentia tenuis: magis autem quàm Acorum. Gale. li. 6 simp. me.

b Phu

Phu magnum, Valeriana maior, siue Syluestris Nardus: Græcis, φοῦ, καὶ νάρδος ἀγρία: Arabibus, Fu: Italis, Valeriana: Germanis, Baldrian: Hispanis, Yerua benedetta: Gallis, Valerienne.



Locus ex Fuchsio.

Nascitur in vliginosis, secus aquarum decursus, & in frutetis.

Qualitates.

Gal. li. 8. sim. me. *Excalfacit excessu primo: & desiccat secundo iam completo.*

Phu

Phu minus, siue, Valeriana Pratensis: Gallis, Valerienne des Prez.



Locus ex Fuchsio.

Nascitur in vliginosis, & aquosis.

Qualitates.

Refer huc quæ dicta sunt de Valeriana maiore.

Caſsia ſolutiua, ſiue, Siliqua Aegyptia: Officinis, Caſſia: Gallis, Caſſe laxatiue.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in Aegypto, circa Memphin.

Qualitatis ex eodem.

Pulpa eius excalfacit, & humectat ordine primo.

Pſeu

Pſeudocoſtus, ſiue, Coſtus adulterinus: Gallis, Coſtus baſtard.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in Gargano Apuliæ Monte.

Qualitates ex eodem.

Excalfacit vehementer.

Iuncus odoratus: Græcis, σχοῖνος ἀρωματικὸς: Arabibus, Adcher: Officinis, Squinanthum: Italis, Ionco odorato, siue, Squinantho: Germanis, Kamelstro Hevv: Hispanis, Paya de la Mequa: siue, Paya de Chamellos: Gallis, Squinanthum.

Theo. li. de natu. plan. capi. 7.



Locus.

Nascitur in Palustribus conuallium, trās Libanū montem,

Qualitates.

Modicè excalfacit, modicè astringit, nec planè à tenuitatis natura alienus est.

Gal. li. 5. simi. me.

Calamus odoratus: Græcis, κάλαμος ἀρωματικός. Gallis, pleume odoratte



Locus.

Nascitur in palustribus, trans Libanum Montem. Theo. de na. plan. li. 9. ca 7

Qualitates.

Leniculam quandam astrictionem, ac minimam acrimoniã possidet: magnaq; ex parte essentia eius terrena est, & aërea, in caliditatis frigiditatisq; cõiugatione temperata. Gal. li. 8. sim. me.

Muſcus: Græcis, βρύον, καὶ σπλάγχνον: Arabibus, Axnech ſiue Vſnee: Officinis, Vſnea: Italis, Moſco: Germanis, Mooſz: Gallis, Mouſſe.



Locus ex Matthiolo.

Inuenitur in Quercubus, Piceis, & Populis albis.

Qualitates.

Gal. li. 6. ſim. me.

Vim habet adſtringentem inualidam: nec enim multum eſt frigidum, medicamentũ ſed propinquũ medijs: quia videlicet, & digerendi, & emolliendi facultatis eſt particeps.

Croc

Crocum, siue Crocus: Græcis, κρόκος: Arabibus, Zahafaran: siue, Zafaran: Italis, Zaffarano: Germanis, Saffran: Hispanis, Azafran: Gallis, Saffran.

Locus ex Fuchsio.



Seritur radice in hortis.

Qualitates.

Paululum adstringens quid obtinet, quod terreũ, & frigidum est: sed superat in eo calfaciẽs & qualitas, & facultas: ut tota eius essentia secundi sit ordinis excalfacientium, & primi exiccantium. Concoquit etiam, adiuuante pauca adstrictione.

Gal. li.7. sim. me.

Helenium, siue Enula Campana, Græcis, ἑλένιον: Arabibus, Iasim, siue, Rasen: Italis, l'Elia, Enoa, siue Enola: Germanis, Alant: Hispanis, Raiz de alla: Gallis, Aulnee, siue, Herbe de l'Aune.



Locus.

Diosc. li. 1. cap. 27.

Nascitur in mōtanis, & umbrosis, et siccis locis.

Qualitates.

Gal. li. 6. sim. me.

Non excalfacit primo occursu: calida enim & sicca est, sed cum recrementitio humore.

Gelsi

Gelſiminum: Arabibus, Zambach, ſiue, Sambach, aut Ieſemin. Gallis, Ieſſemin: Italis, Gelſimino.



Locus ex Matthiolo.

Seritur in hortis: exoticum enim cenſetur.

Qualitates ex Serapione.

Excalfacit ordine ſecundo.

Styrax:

Styrax: Arabibus, Miha, Meha, Mehaha seu Aſtarach: Officinis, Storax calamita: Italis, Stirace: Hiſpanis, Eſtoraque.



Locus.

Pli. li. 12. cap. 25.

Naſcitur in Syria Iudaea, circa Gabala, & Marathunta, & Caßium Seleuciae montem.


Qualitates.

Gale. li. 8 ſim. me.

Excalfacit, emollit, concoquit.

Pinus

Pinus: Græcis, πεύκη: Arabibus, Sonobar: Italis, & Hiſpanis, Pino: Germanis, Hartzbaum ſiue Kinholtz: Gallis, Pin.



Locus.

Naſcitur in montibus & Syluoſis.

Plin. libr. 16. ca. 18

Qualitates.

Nux Pinea boni ac craſſi eſt ſucci, multúmque nutrit: non tamen facilè coquitur.

Gal. li. 2. de alim. facul.

Picea

Picea : Græcis, πιτὺς, Arabibus, Arz: Italis, Pezzo: Germanis, Rot Dannebaum: Hispanis, Pino negro: Gallis, Pesse, Pignet, siue, Garipot.




Locus.

Plin. lib. 16.ca. 18

Nascitur in montium iugis.

Pinus Syluestris: Gallis, Pin sauuage.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in montium iugis.

Pinus ſylueſtris, Ananienſibus dicta, Mughi.




Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in prealtis Montium iugis.

Pinus

Pinus Syluestris Italis dicta Cembro, & Cirmolo.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in praealtis Montium iugis.

Pinus maritima, primi generis.




Locus ex Matthiolo.

Nascitur in Maritimis.

Pinus

Pinus maritima altera.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in Maritimis.

Larix, Græcis, & Latinis: Italis autem dicta Larice, siue, Larege: Germanis, Lerchembaum: Gallis, Melze, siue Meleze.

Plin. lib. 16. cap. 18

Galen. libro 3. de compo. medica. per gen.



Locus.

Nascitur in montium Iugis.

Qualitates Resinæ Larignæ.

Resina Larigna cæteris humidior est: substantia verò similis liquidæ Piceæ: acrior autem odore, gustu, & facultate, Terebynthina.

Abies

Abies: Græcis, ἐλάτη: Italis, Abete: Germanis, Thannen, ſiue Thannebaum: Gallis, Sapin.



Locus.

Naſcitur in montibus: & in valles etiã deſcendit.

Plin. lib. 16. ca. 18.

Qualitates.

Inter Reſinas, cæteris odoratiores habentur Terebinthyna, & Abiegna: calidior autem eſt poſterior, priore.

Gale. li. 3. de comp. medi. per gene.

Lentiſcus: Græcis, Σχῖνος: Arabibus, Daru: Italis, Lẽtiſco: Hiſpanis, Mata, ſiue Arueira: Gallis, Lentiſque: Germanis, Maſtix baum.

Locus ex Matthiolo.

Gal. li. 8. ſimpl. medica.



Naſcitur in planiciерum & collium ſyluis, & in maritimis, collapſiſque ædificijs & ruderibus.


Qualitates.

Lentiſcus facultate ex aquea eſſentia leuiter calida, & terrena frigida non pauca compoſitus eſt: ob quã moderatè adſtringit. Deſiccat igitur ſecũdo ordine completo, aut tertio incipiente: in caliditatis & frigiditatis differentia quodammodo eſt medius & ſymmetrus.

Tere

Terebynthus: Græcis, τέρμινθος: Arabibus, Baton, Boton, Botin, Albotin: Gallis, Terbentin.

Locus ex Matthiolo.



Amat montes, Rudera, & collapsa ædificia.

Theoph. de natu. plan. li. 3. cap. 15.

Qualitates.

Terebinthi tum folia, tũ cortex, tum fructus adstrictorium quiddam obtinẽt: sed & secundo excalfaciunt ordine. Desiccãt quidem recentes modicè: sicci verò, ordine secundo.

Cal. li. 8. simpl. medica.

Qualitates Resinarum in genere.

Resinæ omnes desiccant, & excalfaciunt.

Gal. li. 8. simpl. medica.

Cupressus: Græcis, κυπάρισσος: Arabibus, Saro, siue Seru: Italis, Cipresso: Gallis, Cyprés.



Locus.

Pli. li. 16. cap. 18.

Odit aquosos tractus: & Montibus delectatur: Cœta est illi proprium natale solum.

Qualitates.

Gale. li. 7. simpl. medica.

Cupreßi folia, germina, pilulæ recentes, desiccant, absque insigni acrimonia.

Iuni

Iuniperus: Græcis, ἀρκευθὶς: Arabibus, Arconas, siue Archencas: Italis, Ginepro: Germanis, Vveckholter, siue krametbaum: Hispanis, Enebro: Gallis, Geneure.



Locus.

Montosis, collibus, & locis aridis delectatur.

Pli.li. 16. cap.18.


Qualitates.

Iuniperus calida & sicca vtrinque, tertij ordinis.

Gale.li.6. simpl.medica.

Sabina: Græcis, βράθυς: Arabibus, Abel, Abhel, siue Alharar: Italis, Sabina: Germanis, Seben baum: Hispanis, Sabina: Gallis, Sauinier.

Locus ex Fuchsio.




Nascitur in montibus: & seritur in hortis.

Qualitates.

Gale. li. 6. simp. medica.

Vehementer desiccat: particeps itē est acrimoniæ consistentis in temperamēto calido: & amaritudinis & adstrictionis obscurioris quàm in Cupresso. Ita vt sit tertij ordinis excalfacientium, & desiccantium, & maximè tenuium partium.

Cedrus Phœnicia: Grecis, ὀξυκέδρος Arabibus, Serbin: Italis, Cedro: Gallis, Cedre.



Locus.

Montibus delectatur.

Pli.li.16. cap.18.

Qualitates.

Cedrus est calida siccaque temperatura, tertij quodammodo ordinis, secundum vtrunque.

Gale.li.7. simpl.medica.

Cedrus Lycia: Gallis, petit Cedre.



Locus & Qualitates.

Huc referenda sunt omnia quæ de Oxycedro dicta sunt.

Laurus: Græcis, Δάφνη: Arabibus, Gaur, siue Gar: Italis, Lauro: Germanis, Lorbeerbaum: Hispanis, Laurel, siue, Loureiro: Gallis, Laurier.

Locus.



Nascitur in montibus syluosis: & vbique seritur.


Plin. l. 6. cap 18. Gal. li. simpl. medica.

Qualitates.

Folia & fructus desiccant, & calfaciunt vehementer: plúsque etiam fructus quam folia. Radicis cortex minus quidem acris est, & calidus, plus tamen amarus: habétque etiam adstrictionis nonnihil.

Plata

Platanus, Latinis, & Græcis: Arabibus autem, Dulb: Italis, Platano: Gallis, Plan, siue Plane: Germanis, Masz holder.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur iuxta flumina, & in aquosis.


Qualitates.

Gale. li. 8. simpl. medica.

Humidioris, frigidiorísque essentiæ est, non ita multò quàm symmetra.

Fraxinus

Fraxinus: Græcis, μελία: Italis, Fraſſino: Germanis, Eſchern, Eſchebaum, ſiue Steyneſchern: Hiſpanis, Freſno, ſiue Frexo, Gallis, Freſne.



Locus.

Naſcitur in montibus aquoſis.

Qualitates.

Adſtringit, abſtergit & potu pernicioſa eſt.

Plin. libr. 16. ca. 18. Dioſcor. lib. 1. cap. 92.

Dictamus albus: Gallis, Dictam blanc.



Locus.

Montibus sylnosis delectatur.

Qualitates ex Matthiolo.

Excalfacit: & suapte vi pollet aduersus omnia venenosa, sed & ad pestilentiam.

Populus

Populus alba: Græcis, λεύκη: Arabibus, Haur: Italis, Popolo bianco: Germanis, Bellen Popel baum, siue Sarbaum: Hispanis, Alamo blanco: Gallis, Peuplier.

Locus ex Matthiolo.



Nascitur iuxta flumina, & in aquosis Montibus itẽ gaudet.

Plin. libr. 16. ca. 18. Gal. lib. 7. simpl. medica.

Qualitates.

Mista quodammodo tẽperaturæ est ex aquea tepida, & terrena extenuata essentia: quamobrem & abstergentis facultatis est particeps.

Populus nigra: Græcis, αἴγειρος. Arabibus, Haur romi: Italis, Popolo nero: Germanis, Aſpen, ſiue Poppel vueiden: Hiſpanis, Alamo nigrillo: Gallis, Tremble.

Locus ex Matthiolo.

Plin. libr. 16. ca. 18. Gal. li. 6. ſimpl. medica.



Naſcitur iuxta flumina, & in aquoſis, montes etiam amat.

Qualitates.

Flores ſunt calidi in primo receſſu à temperatis. Sed in differẽtia quæ habetur in ſiccando & humectando, paulùm à temperatis & mediis ad ſiccius deflexerunt: Verùm & ſubtiliorum potius quàm craßiorum ſunt partium. Folia floribus ſunt imbeciliora. Reſina floribus calidior eſt.

Populus

Populus Alpina, ſiue Lybica: Græcis, κερκίς: Gallis, Eſpece de Tremble.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in nemoroſis, & montibus.

Qualitates.

Huc refer quæ de Populo nigra dicta ſunt.

Betula: Italis, Bedollo, siue Betula: Germanis, Birck, Gallis, Boule, Byole, siue Bouleau.



Locus.

Nascitur in aquosis, & iuxta aquarum decursus, & amat tractus frigidos & niuosos.

Plin. libr. 16. ca. 15.

Qualitates, ex Matthiolo.

Liquor, qui ex eius incisione prodit, incidit, & abstergit.

Vlmus:

Vlmus: Græcis, πτελέα: Arabibus, Didar, Dirdar, siue Luzach: Italis, Olmo: Germanis, Ylmen, Ristenholtz, Lindhast, siue Yffenholtz: Hispanis, Vlme: Gallis, Orme.



Locus.

Planicie & montibus gaudet Vlmus.

Plin. libr. 16. ca. 18. Gal. li. 8. simpl. medica.

Qualitates.

Adstringentem pariter et abstergentem habent facultatem folia. Cortex amplius etiam subamarus est, & adstrictorius: et vim spissandi habet. Radices eandem vim obtinent.

Qualitates ex Plinio.

Folia, cortex, & rami, vim habent spissandi. Plin. libr. 24. cap. 8.

Arundo: Græcis, *κάλαμος*: Arabibus, Caſab: Italis, Canna: Germanis, Cor: Hiſpanis, Cānas: Gallis, Cannes, ſiue Roſeaux.

Locus, ex Matthiolo.



Naſcitur in paluſtribus, & aquoſis.

Qualitates.

Gal. li. 7. ſimpl. medica.

Abſtergentem facultatem poßidet nō paucam, minimeque acrem. Folia abſtergunt. Cortex combuſtus tenuium admodum eſt partium, & digerentis facultatis. Abſterſorium etiam quiddam obtinet: vt exiccet & excalfaciat tertio quodammodo ordine: plus tamen deſiccet, quam excalfaciat.

Myrica

Myrica, ſiue Tamarix: Græcis, Μυρίκη: Arabibus, Tarfa, ſeu Carfa: Italis, Tamarigio: Germanis, Tamarisken, ſiue, Porſt: Hiſpanis, Tamargueira, ſiue Tamaris: Gallis, Tamarisc.



Locus.

Naſcitur apud pigras, & ſtagnantes aquas: et iuxta fluuiorũ ripas. Dio. li. 1. cap. 99.

Qualitates.

Abſtergentis eſt ac incidentis facultatis, abſque perſpicua deſiccatione. Habet etiã adſtrictionem nonnullam. Gal. lib. 7. ſim. me.

Erica: Græcis, ἐρείκη: Italis, Erica: Germanis, Heyden: Hiſpanis Queiro: Gallis, Bruyere.

Locus ex Fuchſio.



Naſcitur in campeſtribus: et colles amat ſabuloſos. Sylnoſis item gaudet.

Qualitates.

Gal. li. 5. ſim. me.

Digerendi, per halitũ. facultatem obtinet.

Ex Fuchſio.

Calida eſt & ſicca: vt ex amaritudine conijcitur.

Erica

croist es champs & aux petits [illegible]
sablonneuses
[illegible]
[illegible]

Erica altera: Gallis, Seconde eſpece de Bruyere.




Locus & Qualitates.

Huc refer quæ de Erica priore dicta ſunt.

La qualité
Elle obtient le pouvoir de guerir la ... haleine
Elle est chaude & seiche en [illegible] estime par son amertume

Rhamnus, Latinis, & Græcis: Arabibus verò, Nausig, siue, Nausegi: Italis, Rhamno, siue, Marruca: Hispanis, Scambrones: Gallis, Burguespine, siue, Neprun: Germanis, Falbaum.



Locus.

Fructicat in sepibus.

Qualitates.

Dio. li.1. cap. 102. Gal. li.8. sim. me.

Desiccat & digerit excessu secundo: refrigerat in primo completo, aut secundo incipiente.

Rhamnus ſecundus.

Gallis, le ſecond Burgueſpine



Locus, Qualitates,

Huc refer omnia quæ dicta ſunt de Rhamno primi generis.

Rhamnus tertius.



Locus, Qualitates.

Huc refer quæcunque dicta sunt in Rhamno primi ordinis.

Spino

Spino Merlo, Spin Ceruino, siue Spin guerzo Italis.



Locus.

Fructicat in sepibus.

Qualitates ex Matthiolo.

Baccarum succo vtuntur Pictores; vbi colore viridi inficere sit opus.

Hali

Halimus, ſiue Atriplex marinus, Græcis, ἅλιμος: Arabibus, Molochia: Italis, Bidone, ſiue Halimo: Gallis, Franche Pute, ſiue blāche Pute.

Locus.

Dioſ. li. 1. cap. 10;. Gal. li. 6. ſim. me.



Naſcitur in ſepibus, & maritimis.

Qualitates.

Guſtus ſalſi eſt, & adſtringentis: ex quibus palàm eſt, ipſam eſſe diſſimilarē. Maior autē pars eius ſubſtātiæ calida eſt temperatè, cum humiditate incōfecta, & leuiter flatuoſa.

Paliu

Paliurus Aphricana: Theophrasto, Agria, siue Aria, aut Agrifolium: Italis, Agrifoglio: Gallis, Houx.



Locus.

Nascitur in nemorosis, & locis aridis nec minus quoque dilutis.

Theo. li. 3. cap. 17. de natu. plant.

Qualitates.

Folia & radices non obscurè adstringunt, & digerunt. Fructus verò valde incidunt.

Gal. li. 8. sim. me.

Acuta

Acuta Spina, siue, Oxyacantha, Græcis, ὀξυάκανθα: Arabibus, Amirberis, Amirbaris, siue Berberis. Italis, Bagaia, Amperlo, Pan d'Orso, siue Barazzo bianco: Gallis, Aube-spin: Hispanis, Pirlitero, siue Pilliriteros.



Locus ex Matthiolo.

Gal. li.8. sim. me.

Fructicat in sepibus, & nemorosis.

Qualitates.

Fructus tenuium est partium, & paulùm quiddam incisiuũ habet: cætera Pyro similis.

Berb

Berberis vulgaris, siue Crespinus: Italis, Crespino: Germanis, Versich: Gallis, Espine-vinette.

Locus ex Fuchsio.



Fructicat in sepibus, frutetis, montosis, & locis siccis & aquosis.

Qualitates ex Fuchsio.

Adstringit & d. siccat: refrigerat autẽ & desiccat in secundo ordine. Fructus quiddam incidens obtinet & tenuium est partium.

Vua

Vua crispa: Italis, Vua Spina, Vua Marina, siue vua crespina Germanis, Vveg dorn, siue Creutz beer: Gallis, Groiselier.



Locus ex Fuchsio.

Fructicat in sepibus.

Qualitates ex Fuchsio.

Adstringit & refrigerat primo ordine completo, aut secundo incipiente, desiccat autem in secundo.

Ribes

Ribes vulgaris: Italis, Ribes: Germanis. S. Iohans Treublin: Gallis, Ribettes, Raiſins d'oultre Mer, ſiue, Groizelles d'outre Mer.



Locus ex Fuchſio.

Septis & hortorum areis ſepiendis accõmodatiſsimus eáque de cauſa ſeritur hodie.

Qualitates ex Fuchſio.

Folia & fructus valde adſtringunt. Arabibus refrigerat & deſiccat in ſecundo ordine.

Liguſtrum: Græcis, κύπρος: Arabibus Kenne, Henne, ſiue Hanne: Officinis, Alcanna: Italis, Guiſtria, Oliuella, Oliuetta, ſiue Chambroſſene: Germanis, Rheinvveiden, Beynhoëltzlin, ſiue Mund holt, ſiue Hartrigel: Hiſpanis, Alfena, ſiue Allena: Gallis, Troëſne, ſiue Frezillon.

Pli. li. 16. cap, 18.

Gal. li. 7. ſimpl. medica.



Locus.

Innaſcitur Sepibus: & ſecundum Plinium gaudet aquoſis.

Qualitates.

Folia & ſumma germina temperamenti ſunt maximè miſti: habent enim quiddam digerētis, cum aquea ſubſtātia modicè calida: habéntque etiam ad ſtrictorium quiddam ex terrena ſubſtantia frigida. Deſiccant item abſque morſu.

Phyl

Phyllirea, Latinis, & Græcis: Arabibus autem Mahaleb.



Locus.

Naſcitur tantum in aſperis montibus. Dioſ.li.1. cap. 108.

Qualitates.

Folia adſtringunt, Dioſc.ſupra eo.

 Tilia

Tilia: Græcis, φιλύρα: Italis, Tilia: Germanis, Linden: Gallis, Til, siue Tillet.

Plin. lib. 16. cap. 18



Locus.

Nascitur in montium iugis aquosis.


Qualitates ex Dioscoride, & Fuchsio.

Cortex vim spissandi habet: folia autem, discutiendi, Tilia calida est: amaritudine & lentore gustu abundans. Abstergit igitur, & leuiter adstringit.

Cistus

Ciſtus Mas: Græcis, κίστος, ἢ κίσθαρον, καὶ κίσσαρον: Arabibus, Kaniet, Altheis, ſiue Lhaie Althis: Italis, Ciſto: Hiſpanis, Cerguacos.

Locus ex Matthiolo.



Aſpera loca, & montium iuga amat.

Qualitates.

Aſtringit: Folia autem & parua germina valde deſiccant, & adſtringunt. Flore verò non inſtrenuè deſiccant: vt ſint ſecundi exceſſus à temperatis abſoluti.

Gale. li. 7. ſimpl. medica.

Ciſtus Fœmina.



Locus, & Quali-
tates.

Huc refer quæ de Ciſto mare dicta ſunt.

Hypo

Hypociſtis.



Locus.

Naſcitur iuxta Ciſti radices.

Dioſ.li.1. cap.109.

Qualitates.

Magis adſtringit quàm folia Ciſti: roborat autem & confirmat corpora.

Ledum: Græcis λῆδον: Arabibus, Chaſus, Ledi Lentor, ſiue pinguitudo: Græcis, λάδανον: Arabibus, Ieden, ſiue, Laden: Officinis, Ladanum: Italis, Laudano, ſiue Odano Hiſpanis, Xara.

Locus.



Naſcitur in calidioribus regionibus.

Qualitates.

Eiuſdem temperamenti eſt cum Ciſto: calidius tamen cenſetur.

Gal. li. 7. ſimp. medica.

Qualitates Ladani.

Calidum eſt exceſſu primo quodammodo completo: vt videlicet & ſecundum attingat. Habet etiam adſtrictionis paululum. Adhac, ſubſtantia tenui: ac proinde emolliens, moderatè digerens, & concoquens.

Roſa

Rosa: Græcis, ῥόδον: Arabibus, Nard, Narõ, seu, Vard: Italis, Rosa: Germanis, Rosen: Hispanis, Rosas: Gallis, Rosier: Flores autem, Roses.



Locus ex Fuchsio.

Domestica, nascitur in Hortis: Syluestris vero, Septis & Campestribus gaudet.

Qualitates.


Constat ex aquea substantia calida, mista duabus alijs qualitatibus, adstringenti videlicet, & amara.

Gal. li. 7. simp. medica.

Lycium

Lycium: Græcis, λύκιον. ἢ πυξάκανθα: Arabibus, Hadhadh, Hadad, Kilulem, siue, Felzakarag: Officinis, Lycium.

Dio. li. 1. cap. 114. Gal. lib. 7. simp. me.



Locus.

Asperis gaudet.

Qualitates.

Facultatis est exiccatoriæ, compositum ex diuersi generis substantiis: altera quidem tenuium partiũ digerente atque calida: altera terrestri, & frigida, ex qua adstrictionem obtinet.

Qualitates Lycij.

Digerit & desiccat in secundo recessu: in calore autem mediis & symmetris proximum est.

Aca

Acacia, Latinis, & Græcis: Arabibus autem, Achachie: Officinis Acacia.



Locus.

Nascitur in Aegypto, & in Thebano agro, in syluis riguis.

Theoph. de natu. plan. l. 4. cap. 3. Gal. li. 6. simp. me.

Qualitates.

Frigidum est & terrosum, immista quadam etiam essentia aquea. Nec est similare: tenues enim & calidas partes in se dispersas habet, quæ in ipsa ablutione segregantur: vt sit tertij ordinis exiccantium, & secundi refrigerantium, vbi elotum fuerit: illotum verò primi.

Vitix

Vitex, Salix Amerina, siue Agnus castus Græcis, ἄγνος καὶ λύγος: Arabibus, Famanchest, Samanchest, siue Bengiechest: Italis, Vitice, siue Agno Casto: Germanis, Schaffs mulle, siue Kenschlamp: Hispanis, Gatillo casto: Officinis, Agnus Castus.

Locus.

Diosc.li.1. cap.116.



Nascitur in fluminum ripis, asperisque locis, ac torrentium alueis.

Qualitates.

Gale.li.6. simp.me.

Excalfacit & desiccat in tertio ordine: & valde tenuium est partium. Folia, et semen calida, siccáque facultate sunt: substantia verò tenui.

Salix

Salix, siue Vitex: Græcis, ἰτέα: Arabibus, Bulef, Bhulles, Saffaf, siue Chalif: Italis, Salice, siue Salcio: Germanis, Vueiden, siue Felbinger: Hispanis, Salce, siue, Salgueiro: Gallis, Saulx.

Locus.



Nascitur in aquosis. Pli. li. 16. cap. 18.


Qualitates.

Folia vim spissandi habent: Flores verò desiccãt absque morsu. Habet etiam quandam adstrictionem Salix. Gale. li. 6. simp. me.

Oleaster

Oleaſter, ſiue Olea Syluestris : Grecis, ἀγριελαία, ἢ κότινος : Italis, Oliuo ſaluatico: Germanis, Vuilder oelbaum : Hiſpanis, Azebuche: Gallis, Oliuier ſauuage.

Pli. li. 16. cap. 18. Gale. li. 6. ſimp. me.



Locus.

Naſcitur in montibus cãpeſtribus, & inſulis.

Qualitates.

Oliuæ rami quantum habent adſtrictionis, tantæ & frigiditatis participes ſunt. Fructus verò, ſi quidem perfectè maturus eſt, moderatè calfacit: ſin immaturus, magis tum adſtringit, tum refrigerat.

Olea

Olea ſatiua: Græcis, ἐλαία ἥμερος: Arabibus, Zaiton, ſiue Caiton: Italis, Oliuo domeſtico: Germanis, Oelbaum: Hiſpanis, Oliuo, ſiue Azeytuno: Gallis, Oliuier.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in planicierum collibus: & quandoque montes aſcendit.

Qualitates.

Huc refer quæ de Oleaſtro dicta ſunt.

Quercus: Græcis, Δρῦς: Arabibus, Chullot, Hullet, siue Belut: Italis, Quercia: Germanis, Eychbaum: Hispanis, Robre: Gallis, Chesne.

Locus.

Pli.li.16. cap.18.



Descendunt & in plana Quercus.

Qualitates.

Gal.lib.6. simp.me.

Quercus partes omnes adstringẽtis qualitatis participes sunt. Sed plus tamen habet adstrictionis, quæ in trũci cortice membrana subest: tum quæ sub glandis ipsius caliculo, ea videlicet quæ fructus carnem conuestit. Folia etiam non instrenuè desiccant.

Fagus

Fagus: Græcis, φηγὸς: Arabibus, Chinars, siue Chiachas: Italis, Faggio: Germanis, Burch baum: Hispanis, Haia: Gallis, Fau.



Locus.

Planicie & colliculis delectatur.

Pli. li. 16. cap. 18. Gale. li. 6. simp. me.

Qualitates.

Valentius astringit quàm Quercus, cætera, Quercubus simillima.

Ilex: Græcis, πρίνος: Arabibus, Carmas, ſiue Barbes: Hiſpanis, Anzina, ſiue Anzinheira: Italis, Elice: Germanis, Steehend Palmen: Gallis, Yeuſe.



Locus.

Subit montoſa.

Qualitates.

Pli. li. 16. cap. 18. Gale. li. 6. ſimp. me.

Vim & qualitates Quercus habet: ſed va lentius adſtringit.

Suber

Suber: Italis, Souero: Gallis, Liege.



Locus ex Matthiolo.

Montosis, & planicie gaudet.

Qualitates.

Non instrenuè adstringit: caterà Quercubus similis.

Castaneæ: Græcis, κάστανα. σαρδιαναὶ βάλανοι, ἢ διὸς βάλανοι, ἢ λοπίμα: Arabibus, Sadianalach, Castal, & stebulot: Italis, Castagne: Germanis, Kesten: Hispanis, Marones: Gallis, Arbor, Chastaignier: Fructus verò, Chastaignes,



Pli. li. 16. cap. 18. Dio. li. 1. cap. 122. Gal. li. 2. de alim. facul.

Locus.

Montes & valles diligit.

Qualitates.

Adstringunt: & sunt boni succi.

Galla

Galla: Græcis, κηκὶς: Arabibus, Hafes, siue Hafus: Italis, Galla: Germanis, Galloëpffel, siue, Eicoëpffel: Hispanis, Galla, siue, Bugalla: Gallis, Noix de Galle.



Locus.

Mōtes et valles diligit. Pli. li. 16. cap. 18.

Qualitates.

Galla Omphacitis acerba est, & pleraq; sui parte essentiæ terrenæ, & frigidæ. Itē, repercutit, desiccat & cōstringit. Vt sit, in desiccando, tertij ordinis: secundi autē in refrigerando. Gale. li. 7. sim. me.

Galla plana minus desiccat Galla Omphacitide. Gallæ omnes, crematæ, tum subtiliorum sunt partium, tum maiore desiccandi potestate valent.

Rhus, Fluida Theophraſto Latinè reddito: Græcis, ῥοῦς: Arabibus, Sumach, Roſbar ſadiſticos, ſeu Roſaïdicos: Italis, Rhu, ſiue, Sumach: Germanis, Sumach: Hiſpanis, Sumach, & Sumagre: Gallis, & Officinis, Sumac.



Locus.

Dio. li. 1. cap. 121. Gale. li. 8. ſim. me.

Naſcitur in Petroſis.

Qualitates.

Eſt ex tertio ordine exiccantium: ex ſecundo verò refrigerantium.

Viburnum: Italis, Lantana: Gallis, Viorne, siue Mauſſane.



Locus ex Matthiolo.

Fructicat in ſepibus, & collibus nemoroſis.

Qualitates ex eodem.

Adſtringit: nondum tamen compertæ ſunt huius plantæ qualitates.

Palma: Græcis, *φοίνιξ*: Arabibus, Machla, ſiue Nachal: Italis, Palma: Germanis, Dattel baum: Hiſpanis, Palmera: Gallis, Palmiers, ſiue, Dattiers.

Palmulæ, ſiue Dactyli: Græcis, *δάκτυλοι, καὶ φοίνικες*: Arabibus, Tamar: Italis, Dattoli: Germanis, Dattilen: Hiſpanis, Tamaras, & Dattiles: Gallis, Dattes.

Locus ex Matthiolo.



Naſcitur in maritimis.

Gale.li.8. ſimi.me.

Qualitates.

Palma adſtringit omnibus ſui partibus, Succus ramorum conſtat ex aquea ſubſtantia tepida, & terrea frigida. Palmulæ non paucam obtinent caliditatem, & maximè dulces.

Malum

Malum Punicum: Græcis, ῥοιά: Arabibus, kuman, Ruman, ſeu, Roman: Italis, Melagrano, ſiue, Pomo granato: Germanis: Granatoëpffel: Hiſpanis, Granadas, ſiue, Romanas: Gallis, Pommes de Grenades, aut, Mygraines.

Locus ex Matthiolo.



Seruntur in vinetis, & viridarijs: & ſponte naſcũtur in planicie, & Colliculis.

Qualitates.

Gal. li. 8. ſim. me.

Malũ Granatum omne adſtringentẽ qualitatẽ obtinet: non tamen in omnibus ea exuperat. Acini magis quàm ſuccus, tum adſtringunt, tum exiccant: ijs etiam magis putamina. Adſimilem illis vim habent cytini.

Myrtus

Myrtus: Græcis, Μυρσίνη: Arabibus, Aës, Alas, siue As: Italis, Mirto: Germanis, Vvelsch Heydelbeer: Hispanis, Murta, siue, Raiam: Gallis, Meurte.

Locus.

Pli. li. 16. cap. 18. Gale. li. 7. sim. me.



Nascitur in maritimis, & lacuũ ripis: raro autẽ in montibus, & frigidis tractibus.

Qualitates.

Constat ex contrarijs substãtijs: vincit tamen, in ea, frigidum terrenum: Habet vero et tenue quiddã calidum: vnde valẽter desiccat. Folia, germina, fructus, & succus non parum, inter se in adstrictione dissident.

Myrtus

Myrtus Tarentina.



Locus, & Qualitates.

Huc refer quæ dicta ſunt de Myrto: adſtringit tamen valenter Myrtus: ea enim perficiuntur & criſpantur coria.

Myrtus exotica. Vide quæ de Myrtis dicta sunt.



Cerasia

Cerasia Latinis & Græcis: Arabibus autem, Sarasie: Italis, Ciregie: Germanis, Kirsen: Hispanis, Ceresas: Gallis, Arbor, Cerisier: Poma, Cerises.



Locus.

Nascitur in montibus aquosis, valli bus, et planis. Pli. li. 16. cap. 18.

Qualitates. Gal. li. 7. sim. me.

Cerasus arbor fert fructum non paris adstrictionis in omnibus particulatim plantis participem.

Qualitates ex Dioscor. Dioscor. lib. 1. cap. 129.

Cerasa viridia alvum emolliunt: siccata, sistunt.

Siliquæ:

Siliquæ: Græcis, κεράτια: Arabibus, Charunb: Italis, Carobe, & Caroboie: Germanis. S. Iohans brot: Hiſpanis, Alfarobas: Gallis, Carrouges: Officinis, Carobe.

Locus, ex Matthiolo.

Gal. li. 7. ſim. me.



Planicies amat. Frequens eſt in Regno Neapolitano.

Qualitates.

Ceratonea exiccantis eſt, & adſtringentis facultatis, ſicut & fructus eius. Ceratia humida ventrē ſubducunt: ſicca verò magis ſiſtunt.

Malus

Malus, siue Pomum: Græcis, μηλέα: Arabibus, Tuffa, siue Tusaha: Italis, Pomo, siue Melo: Germanis, Oëpffel, Hispanis, Mansanas: Gallis, Arbor, Pōmier: Fructus, Pōme.

Locus.



Locis cultis innascitur: & inculta montosa & plana amat. Pli. li. 16. cap. 18.

Qualitates

Acida mala frigidum quidem succū habēt: verùm tenuium est partium. Gustu adstringētia succum habent frigidum ac terreum. Dulcia ad calidius vergunt & mediæ sunt temperaturæ. Insipida, & veluti aquosa ad frigidius declinant. Gal. li. 2. de ali. facul.

Cotonea Malus: Græcis, κυδώνιος μηλέα: Arabibus, Saffargel: Italis, Mele Cotogno: Germanis, Kitten, siue Kutten: Hispanis, Mẽbrillos, siue Marmellos, Gallis, Arbor, Coignier: Poma Cydonia: Põmes de Coing.

Locus ex Fuchsio.

Pli. li. 16. cap. 18.



Montes odit. Cultis gaudet frigidis, & humidis: & conualles amat.

Qualitates ex Fuchsio.

Valenter adstringunt, idque ex essentia frigida terrea. Minus humectant quàm reliqua Poma: refrigerant enim ordine primo: & desiccant secundo.

Persi

Perſica Malus: Græcis, περσικὴ μηλέα, ἢ ῥωδάκινα: Arabibus, Sauch, ſiue Cauch: Italis, Peſche: Germanis, Pferſich: Hiſpanis, Pexegos: Gallis, Arbor, Peſchier: Fructus, Peſches.

Locus ex Fuchſio.



Seritur in vinetis, & hortis: & naſcitur in aquoſis.

Qualitates ex Fuchſio.

Folia & parua germina amara ſunt, atque adeò calida: ſed Perſica frigida ſunt & humida in ſecundo exceſſu.

Mala Armeniaca, siue Præcocia: Græcis, μῆλα ἀρμενιακὰ, ἢ πρεκοκκια, καὶ βερικόκκια: arabibus, Mermex, Mirmix, Mex, Mesmei, siue Mismis: Italis, Bacoche, Grisomele, siue Moniache, Germanis, S. Ioans. Pfersich: Hispanis Albiricoques, Albarchigas, seu Aluaricoques: Gallis, Abricoz, Carmaignoles, & Chicandeliz.

Locus ex Matthiolo.

Seritur in hortis & vinetis: aquosis antē gaudet.



Qualitates.

Genere, & dotibus, parū dissidēt à Persicis.

Gale. li. 2. de alim. facul.

Medi

Medica mala, Citromala, siue Mala Citria: Græcis, κίτρ@, μηλικὰ μῆλα: ἢ κεδρόμηλα: Italis, Cedri, & Citroni: Germanis, Citrin oëpffel: Inden oepffel, siue Citronalen: Hispanis, Cidras: Gallis, Citron.

Locus ex Matthiolo.



Seruntur tanquam exotica. Insolatis autem collibus delectãtur.

Gale. li. 6. simp. medica.

Qualitates.

Succus tertij est ordinis resiccantium refrigerantiúmque, & vincentem habet qualitatem acidam & siccam. Cortex verò desiccat: non parũ tamen habet acrimoniæ: vt desiccet secundo excessu. Non tamen frigidus est, sed temperatus, aut paulò infra. Caro craßi succi est, & pituitosa frigidáque. Nucleus amarus est, & discutit: hoc est, calefacit & exiccat secundo recessu.

Citria præsũpta venenis maximè aduersantur.

Mala Limonia: Italis, Lomie, siue Limoni: Gallis, Limons.



Locus ex Matthiolo.

Seruntur tanquam exotica: sed conuallibus delectantur.

Qualitates.

Non longe distant à natura & viribus Citriorum. Tamen cùm sint acidiora, succi frigidioris, & siccioris existimantur.

Auran

Aurantia Mala: Italis, Arancio: Germanis, Pomerentz: Gallis, Pommes d'oreges.



Locus ex Matthiolo.

Collibus, & maritimis gaudet.

Qualitates ex eodem.

Iisdem pollet viribus, quibus Malus Medica: cortice tamen calidiora censenda sunt: quandoquidem is reliquis, acrior, atque amarior gustu deprehenditur.

Pyra: Græcis ἄπια: Arabibus, Humechte, Citmetre, siue Kemetry: Italis, Pere: Germanis, Byren: Hispanis, Peras: Gallis, Arbor, Poyrier: Fructus, Poyres.



Locus.

Pli. li. 16. cap. 18.

Pyrus & montes amat, & planiciem.

Qualitates.

Gale. li. 5. simpl. medica.

Pyra vim habent exiccandi, syluestria tamen magis adstringunt.

Meſpilum: Græcis, μέσπιλον: Arabibus, Zaror, Zarur, & Alzarur: Italis, Neſpolo, Germanis, Neſpel: Hiſpanis, Neſperas: ſiue Azarolo, Gallis: Arbor, Neſplier. Fructus, Neſſle, ſiue Merle.

Locus ex Matthiolo.



Aquoſis montibus, & frigidis locis gaudet. Seritur autem in hortis in agro Neapolitano.

Qualitates.

Vim eandem habent quàm ſorba ſed magis adſtringunt.

Gal. lib. 2. de alim. facul.

Meſpilus altera, ſiue Meſpilus communis.



Locus ex Matthiolo.

Aquoſi. Montibus, & frigidis locis gaudet.

Qualitates.

Vide quæ de Meſpilo primi generis dicta ſunt.

Lotus,

Lotus, siue Celtis: Græcis, λότος δένδρον: Arabibus, Sedar, siue Alsadar: Italis, Bagolaro, siue Perlaro: Hispanis, Almez: Gallis, Alysier, & in Gallia Narbonensi, Micacoulier.



Locus.

Montes & valles amat: imò expetitur domibus ramorum petulantia.

Plin. libr. 16. ca. 30.

Qualitates.

Lotus arbor non ita multa adstrictoriæ qualitatis est particeps, sed & tenuium partium est, & mediocriter exiccatoria.


Gal. lib. 7. simpl. medica.

Cornus:

Cornus: Græcis, κρανία: Italis, Arbór, Corniolo: Fructus, Cornole: Germanis, Arbor, Cornelbaum, Kurbeerbaum, ſiue Dierlem: Fructus verò, Vueiſch Kirſen: Hiſpanis, Cornizolos: Gallis, Arbor, Cornier, Cornoillier, ſiue Cornillier, Fructus, Cornoille.

Locus.

Plin. libr. 16. ca. 18.



Montes amant Plinio: ſeruntur tamen & in hortis.

Qualitates.

Gal. li. 7. ſimpl. medica.

Fructus, folia, & germina acerba ſunt, Galenúsque deſiccant: maximè autem folia, & germina.

Sorba

Sorba, Græcis, σὰ: Italis, Sorbe: Germanis, Speierling, Sporoëpffel, siue, Sperbieren: Hispanis, Sorbas: Gallis, Arbor, Cormier, siue Sorbier: Fructus, Sorbes, & Cormes.



Locus.

Gaude frigidis.

Plin. libr. 16. ca. 18.

Qualitates:

Eandem adstringendi naturam præstant quam Mespila: sed imbecilliore effectu.

Gal. li. 8. simpl. medica.

Prunus

Prunus Arbor: Fructus, Pruna, Græcis, κοκκυμηλέα: Arabibus, Anas, Auas, ſiue Agias: Italis, Pruno, Succino, ſiue Suſino: Germanis, Praumen, Pflaumen, ſiue Kriechen: Hiſpanis, Prunas, Andrinas, ſiue Amexeas: Gallis, Arbor, Prunier: Fructus, Prunes.

Plin. libr. 16. ca. 18.



Locus.

Vbique ſeruntur, & reſtibili fertilitate creſcunt: in montibus tamen non temerè videntur.

Qualitates ex Galeno.

Gale. li. 7. ſimp. me.

Pruna ventrem ſub lucunt: recentia quidem plus, arida verò minus.

Ex Fuchſio.

Domeſtica Pruna moderatè ſunt frigida, & humida: ſylueſtria verò valenter adſtringunt.

Zizy

Zizypha, siue Serica: Græcis, ζίζυφα καὶ ζινζιφα: Arabibus, Hunen, Zufalzef, siue Hanab: Officinis, Iuiubæ: Italis, Giuggiole: Germanis, Rottburst beerle: Hispanis, Azufecifa: Gallis Iuiubes.



Locus

Exotica sunt: seruntur tamen Plinio mense Aprili, grano.

Pli. li. 19. cap. 10.

Qualitates, ex Matthiolo.

Suo lentore sanguinē crassum reddunt: refrigerant tamen, & morbis acutis prosunt.

Ex Galeno.

Exiguum præbent alimentum: difficilè concoquuntur & stomacho inutilia sunt.

alim. l. de facu.

Arbutus

Arbutus siue Vnedo: Fructus, Memæcylus: Græcis, κόμαρος: Arabibus, Hatiladib; Italis, Albatro siue Arbuto: Hispanis, Madronho, siue Madromeiro: Gallis, Arbor, Arbousier: Fructus, Arbouces.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in montibus & vallibus nemorosis.

Qualitates.

Gal. li.7. simp.me. *Arbutus arbor ipsa qualitate acerba vnà cum fructu est. Fructus autem infensus est stomacho, & capiti dolorem infert.*

Amygda

Amygdalæ, Latinis, & Græcis: Arabibus verò, Iauz, Kauz, siue Lauzi: Italis, Mandorle: Germanis, Mandel kern: Hispanis, Almendras: Gallis, Arbor, Amandier: Fructus verò Amandes.

Locus ex Matthiolo.



Nascitur in hortis & vinetis: planis & collibus gaudens.

Qualitates.

Amygdala nihil prorsus adstrictoriæ facultatis sortita sunt: sola enim extenuandi atque abstergendi vi pollent. Item Amygdala amara omnino extenuandi vim poßident. Amygdala dulcia leuiculam amaritudinem poßident, quæ tamen dulcedine superante occultatur: itaque sunt moderatè calida.

Gal. lib. 2. de ali. facul. & li. 6. simpli. medica.

Pistacia, siue Pistacea: Græcis, πιστάκια: Arabibus, Pustech, siue Festuch: Officinis & Barbaris, Fistici: Italis, Pistacchi: Germanis, Vuelsch Bimpernuszlin: Hispanis, Allocigo: Gallis, Pistaches.

Locus, ex Matthiolo.



Germana est Syriæ: seritur tamen in hortis Magnatum, in Italia.

Qualitates.

Gal. lib. 2. de ali. fa.

Parum præbent alimenti: tametsi infarctas humore iocinoris vias expediant, & à vitiis liberent.

Ex Auicenna.

Auicen. lib. 2.

Nauseam discutiunt, & ventriculi os corroborant.

Staphy

Staphylodendron, siue Pistacia agrestia: Gallis, Pistaches sauuages.



Locus,

Arbor est Cisalpina.


Plin. libr. 16. ca. 18.

Qualitates ex Matthiolo.

Nauseam commouet fructus.

Nux Iuglans: Græcis, κάρυα βασιλικά: Arabibus,, Ieuz, Leuz. siue Giauzi: Italis, Noci: Germanis, Nusz, siue Vuelschnusz: Hispanis, Nuezes: Gallis, Arbor, Noyer: Fructus, Noix.

Plin. libr. 16. ca. 18.



Locus.

Seritur vbique, maximè in cultis: nec temerè visitur in montibus.

Qualitates.

Gal. li. 7. simpl. medic. & li. 2. de ali. facul.

Arbor, folia, & Germina adstrictionem quandam possidēt: cæterum euidentem multámque in nucis putamine recenti, & sicco. Viridis, atque etiamnum humida, neque adstringentis qualitatis neque oleosæ conspicuè est particeps: sed est quodammodo qualitatis expers.

Nux

Nux myriſtica: Arabibus, Ieuz baue, Iusbague, ſiue Giauziban: Italis, Noci Moſcate: Germanis, Muſcat nuſz: Hiſpanis, Nuez de eſpecie: Gallis, Noix muſcates.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in inſula Badan, quæ eſt in India.

Qualitates ſecundum Arabas.

Siccant & excalfaciunt ordine ſecundo completo. Adſtringunt, & abſtergunt.

Nuces Auellanæ, Nuces Ponticæ, Nuces Prænestinæ: Græcis, κάρυα πόντικα, καὶ λεπτοκάρυα: Italis, Nocciuole, Auellane, & Nocelle: Cermanis, Haselnuſz: Hispanis, Auellanas: Gallis, Noysilles, Noysettes, Auellaines, Petites, & Melline.

Locus ex Fuchsio

Pingui gaudent solo, & montibus nemorosis.



Gal. li. 7. sim. me. & li. 2. de ali. facul.

Qualitates.

Auellanæ plus habent essentiæ terrestris ac frigidæ, quàm Iuglādes. Quin & plus præbent alimenti: siquidem densiores sunt et minus pingues.

Ex Simeone Sethi.

Calidæ sunt & humidæ.

Morus

Morus Arbor: Morum Fructus: Græcis, Arbor, μορέα, ἢ συκάμινος: Fructus, συκάμινον: Arabibus tam Arbor, quàm fructus, Tut, siue, Thut: Italis, Moro: Germanis, Arbor, Maulberbaum: Fructus, Maulber: Hispanis, Moras del Moral: Gallis, Arbor, Meurier: Fructus, Meures.



Locus.

Montes non adeò amant Plinio: Fuchsio verò, calidis & sabulosis gaudet locis. Quin & seritur in hortis: negligi enim non se permittit.

Plin. lib. 16. ca. 18.

Qualitates.

Mora matura ventrẽ subducũt: immatura, vbi aruerint, admodũ restringũt. Maturorũ succus adstringit mediocriter. Immatura Mora & tota Arbor mistã qualitatẽ habet ex restringẽte & purgante compositã. In radicis cortice purgatoria cum quadã amaritudine exuperat qualitas.

Gal. li. 8. simi. me. & li. 2. de ali. fac.

Sycomorus, siue Ficus Aegiptia: Græcis, συκόμορος: Arabibus, Mumeiz, Iumeiz, Aliumeiz, seu, Guimeizi.



Locus.

Diosc. li. 1. cap. 144.

Aegipto germana est: & nascitur in Caria, Rhodo, locisq; non multum tritici feracibus.


Qualitates.

Emolliendi, digerẽdi, & spissandi vim habet.

Ficus

Ficus, Arbor: Fici, Fructus: Græcis, σῦκα: Arabibus, Sin, Fin, seu Tin: Italis, Fichi: Germanis, Feighen: Hispanis, Higos: Gallis, Arbor, Figuier: Fructus, Figues.

Locus ex Fuchsio.



Locis calidis & insolatis delectatur: seritur itē in hortis & vinetis.

Qualitates.

Gal. li. 2. de ali. fa.

Fici comeabiles sunt, & facilè in totū corpus penetrant: nā abstergendi vi pollent haud obscura. Flatuosi tamen sunt aliquatenus. Itē, Ficus aridæ habent vim excalfaciendi ordine primo etiam completo, aut secundo incipiente. Habent vero etiam partiū tenuitatem quandam. Pinguiores magis concoquunt: gustu acriores magis extergunt ac discutiunt. Arbor tenuium est partium. Lac, & foliorum succus valenter calidus est.

Gal. li. 8. sim. me.

Persea, Latinis, & Græcis.



Theo. li. 4. de na. plant. Gal. li. 2. de cōp. med. sec. loc. Dio. li. 1. cap. 146.

Locus.

Arbor est Aegypti.

Qualitates.

Folia vim adstrictoriam habent.

Iberis

Iberis, ſiue, Lepidium: Græcis, ἰβέρις, καρδαμαντικὴ, καὶ ἀγριοκάρδαμον: Arabibus, Seitaragi, Aſceitaragi, Sitharegi, ſiue, Hauſab: Italis, Iberide, ſiue Lepidio: Germanis, Vvil der Kresz: Hiſpanis, Naſturtio Monteſino: Gallis, Chaſſerage, Paſſerage ſauuage, ſiue Naſitort ſauuage.

Locus ex Fuchſio.



Naſcitur in incultis, iuxta prata, & vias. Dio. li. 1. cap. vlt.

Qualitates. ex Fuchſio.

Iberis eius eſt temperatura cuius Naſturtium: minus tamē deſiccat.

Trit

Triticum: Græcis, πυρὸς: Arabibus, Henta, Henca, siue Hantha: Italis, Grano: Germanis, Korn, siue, Vveyssen: Hispanis, Trigo: Gallis, Fourment.

Locus ex Matthiolo.



Seritur vbique ferè.

Qualitates.

Gal. li. 8. sim. me.

Triticū, vt Medicamentum foris impositum, primi est ordinis excalfacientium: non tamen resiccare, nec refrigerare manifestò potest. Habet verò etiā quiddam viscosum & obstruens. Item:

Idē li. 1. de ali. fa.

in cibum assumptum ægrè concoquitur, flatus excitat, laborem ventriculo infert, & caput vaporibus tentat.

Hordeum

Hordeum: Græcis, κριθὴ: Arabibus, Xahaen, siue Shair: Italis, Orzo: Germanis, Gersten: Hispanis, Ceuada: Galiis, Orge.



Locus ex Matthiolo.

Seritur vbique ferè.

Qualitates.

Primi est ordinis in exiccando, & refrigerando: habet etiam pauxillum abstersionis. Paulò plus desiccat quàm farina fabacea: cætera similia, foris vtentibus. Gal. lib. 7. sim. me.

Zea:

Zæa: Græcis, ζειὰ: Arabibus, Hais: Italis, Zea, Spelta, siue Pirra: Germanis, Speltz. S. Peters Korn, Kin, Korn, siue, Dinckelkorn: Hispanis, Spelta: Gallis, Espeautre.



Locus ex Matthiolo.

Familiaris est Germaniæ, & Italiæ.

Qualitates.

Gal. li. 6. sim. me. *Zea vniuersa sua facultate quodammodo in medio est tritici, & hordei. Itaque ex illis cognoscatur.*

Auena:

Auena, Græcis, Βρῶμος: Arabibus, Cartamum, siue Churtal: Italis, Vena, siue, Biaua: Germanis, Habern: Hispanis, Auena, siue Auea: Gallis, Auoyne.



Locus ex Matthiolo.

Seritur vbique ferè, in iumentorũ pabulum.

Qualitates. Gale. li. 6. sim. me.

Auena, vt medicamentum, similem hordeo vim obtinet: nam illitum, desiccat, & digerit mediocriter, & sine morsu. Temperiẽ autem habet paulò frigidiorem. Nonnihil etiam adstrictionis habet. In cibum sumpta, moderatè calfacit. In alijs, desiccatorium est medicamentum.

Oryza,

Oryza, Latinis, & Græcis: Arabibus autẽ, Arz, ſeu Arzi: Italis, Riſo: Germanis, Reisz: Hiſpanis, Atroz: Gallis, Ris.



Locus.

Dio. li.2. cap. 88.

Naſcitur in paluſtribus, riguisq́ue.

Qualitates.

Gal. li.8. ſim. me.

Habet adſtrictorium quidpiam.

Milium

Milium: Græcis, κέγχρος: Arabibus, Ieuers, Geguers, siue Giaures, Italis, Miglio: Germanis Hirsz: Hispanis, Millo, & Miyo: Gallis, Mil, siue Millet.

Locus ex Fuchsio.



Serendum Agricolæ censent, primò in locis frigidis & humidis: deinde in calidis. Palustribus, & pingui solo delectatur.

Qualitates.


Primo ordine refrigerat: exiccat verò tertio exoluto, aut certe secundo interso. Paululum etiam habet tenuitatis. Estum minimũ confert nutrimenti: sed & ventrem desiccat. Appositum, citra morsum desiccat,

Gal.li.7. simp. medica.

Panicum: Græcis, ἔλυμος: Arabibus, Dochon: Italis, Panico: Germanis, Pfenich: Heydel pfenich pray, siue Fuchsschvvantz: Hispanis, Panizo, siue Paniso: Gallis, Paniz.

Locus ex Fuchsio.

Pulueruleno, & subtilissimè subacto solo delectatur: sed nec sabulosa respuit.



Qualitates.

Gal. li. 6. simpl. medica.

Pauci est nutrimenti, & exiccatorium. Adstringit item ut Milium. Illitum, exiccat atque refrigerat.

Sesa

Sesamũ siue Pseudolinũ: Græcis, Σήσαμον: Arabibus, Semsem, siue Sensera: Italis, Sesamo: Germanis, Leindotter: Hispanis, Iorgilim, siue Alegria: Gallis, Iugioline.

Locus ex Matthiolo.




Seritur: verùm, nihilaquè emacrat Solum. Indis familiarissimum est.

Qualitates.

Sesamum non parum continet in se viscosum, & pingue: quare emplasticum, est & emolliens ac modicè calidum.

Gal. li. 8. simpl medica.

Sesamum aliorum.



Locus, Qualitates.

Huc refer omnia quæ de priore Sesamo di-ecta sunt.

Lolium

Lolium: Græcis, αἶρα: Arabibus, Sceilem, siue Zeuen: Italis, Loglio, siue Gioglio: Germanis, Tvvalch trespe, Rue vveyssen, siue Lulch: Hispanis, Yoio: Gallis, Yuraye.

Locus.



Nascitur inter segetes. Dioſ. li. 2. cap. 93.

Qualitates.

Desiccat, & excalfacit efficaciter: vt propinquum sit acribus, magis quàm Iris: sed non est perinde, vt illa, subtilis essentiæ: verùm in hoc multum deficit. Est ergo tertij ordinis excalfacientium: secundi verò extremò exiccantium. Gale. li. 6. simpl. medica.

Fœnum græcum: Græcis, τῆλις, κέρατις, αἰγόκερως, καὶ βούκερος: Arabibus, Olba, Helbe, ſeu Hebbe: Italis, Fiẽ græco: Germanis, Fenigrec, ſiue Bockshorn: Hiſpanis, Alfornas, ſiue Alloluas: Gallis, Fenigrec, ſiue Senegre.



Locus ex Fuchſio.

Seritur ſemine vbique.

Qualitates.

Gal. li. 8. ſimpl. medica.

Excalfacit ſecundo ordine: deſiccat verò primo.

Linum

Linum, Latinis & Græcis: Arabibus verò, Bazarichiché, siue Bezerchetan: Italis, Lino: Germanis, Lein, siue Flachs: Hispanis, Lino: Gallis, Lin.

Locus ex Fuchsio.



Pingue solum amat, et aliquatenus humidum: verùm idem macrat.

Qualitates.

Lini semen, esum, flatuosum est, etiã si frigatur, adeò sane excrementitia humiditate plenum est. Est verò etiã in primo ordine, quodammodo calidum: at humiditatis & siccitatis quodammodo in medio situm. Gal. li. 7. simpl. medica.

Cicer: Græcis, ἐρέβινθος: Arabibus, Chemps, Hamos, seu Alhamos: Italis, Ceci: Germanis, Kichern, Kichererbs, siue Ziser erbs: Hispanis, Grauancos, Gallis, Cices, siue, Chiches.

Locus ex Fuchsio.



Pingue Solum, & nigrum amat.

Qualitates.

Non minus inflationes excitat, quàm faba: valentius tamẽ nutrit, venerem stimulat, et semen generat. Abstergit etiã magis quàm faba.

Gale. li. 1. de alime. facul.

Ex Aetio:

Quod Orobiæum vocatur, attrahit, discutit, incidit, & abstergit.

Syluestre, Plinio, ventrem subducit, sed flatus gignit.


Ex Fuchsio.

Calidum & siccum est in primo ordine.

Faba:

Faba: Græcis, κύαμος: Arabibus, Hachille, Haballe, siue Bachale: Italis, Faua: Germanis, Bonen: Gallis, Feue.

Locus ex Fuchsio.



Fimum, pingue Solum, & optime subactum amat.

Qualitates.

In exiccando & refrigerando, secundum vtrunque, ad medium temperamentum propinquissimè accedit. Caro paulũ quid abstergentis facultatis continet, sicut cortex non nihil adstringentis. Vt edulium, flatulenta est, ac coctu difficilis, siquid aliud. Imposita, sine molestia deßiccat.

Gal. li. 7. simp. medica.

* Radix eius est.

Faba Aegyptia, siue* Colocasia: Græcis: κύαμος αἰγύπτιος: Italis, Faua d'Egitto: Hispanis, Inhame: Gallis, Feue d'Egipte.



Locus.

Theoph. de natu. plā. li. 4. cap. 10.

Exit in paludibus stagnisque, in Aegipto.

Qualitates.

Gale. li. 1. de alim. facul.

Faba Aegiptia, sicuti nostratem magnitudine longè præcellit: ita & naturam humidiorem, magisque excremētitiam sortita est.

Lens

Lens: Græcis, φακὸς: Arabibus, Hades: Italis, Lēticchia: Germanis, Linsen: Hispanis, Lenteyas: Gallis, Lentille.

Locus ex Fuchsio.



Seritur vbique ferè.

Qualitates.

Valenter adstringit: in caliditate verò & frigiditate medium tenet: desiccat tamen in secundo ordine. Ipsum itaque eius corpus desiccat & sistit ventrem: cæterum, decoctum prouocat. Proinde prior aqua abijcitur, vbi retentione opus est.

Gale. li. 8. simp. medica.

Phasio

Phasioli, Latinis & Græcis: Italis verò, Fagiuoli: Gallis, Fasioles.



Locus ex Matthiolo.

Seruntur semine in hortis & aruis.

Qualitates ex Simeone Sethi.

Calidi sunt & humidi in primo ordine.

Ex Galeno.


Humectant natura.

Gale.li.1. de ali. fa.

Eruum

Eruum, ſiue Herba Iudaïca Auicennæ: Græcis, ὄροβος: Arabibus, Herbum, Keiſene, ſiue Kerſene: Officinis, Orobus: Italis, Eruo, ſiue Mocho: Germanis, Eruen: Hiſpanis, Yeruos: Gallis, Ers, ſiue, veſſe noire.

Locus ex Matthiolo, & Fuchſio.



Seritur, & ſponte naſcitur. Tenue & ſiccum ſolum amat.

Qualitates.

Deſiccat exceſſu ſecundo interſo: calfacit vero primo. Quatenus autem amaritudinis eſt particeps, eatenus incidit, extergit, atque obſtructiones expedit. In cibis damnatur. Si ſumitur copioſè, ſanguinem per vrinas euocat. Gale. li. 8. ſimp. me.

Lupi

Lupinus satiuus: Græcis, θέρμος ἥμερος: Arabibus, Tarinus, Arinus, seu Tormus: Italis, Lupino domestico: Germanis, Vuickbonen, Feigbonen, siue Vuolffasch bonẽ: Hispanis, Entramuces, siue Entramocos: Gallis, Lupins.



Locus ex Fuchsio.

Tenue solum amat. Gaudet item rubro, & sabuloso solo, nec coli vult.

Ex Matthiolo.

Syluestris nascitur in campestribus.

Qualitates.

Gale. li. 1. de ali. fa. & libr. 6. simp. me.

Lupinus duræ ac terrestris substantiæ est. Lupinus maceratus ex genere est emplasticorum. Qui verò natiuam amaritudinem retinet, extergendi, digerendique vim obtinet. Agrestis amarior, & ad omnia valentior domestico.

Ex Matthiolo. *Notoriè calidus est & siccus.*

Rapum:

Rapum, ſiue Rapa: Græcis, γογγύλη: Arabibus, Seliem, Selgem, Selgiem, ſiue Alſegiem: Italis, Rapo: Germanis, Rueben: Hiſpanis, Nabo: Gallis, Raue, ſeu Naueau blanc des Iardins.

Locus ex Fuchſio.



Vliginoſum & tenue amat Solum.

Qualitates.

Rapi ſemen Venerem excitat: flatuoſum enim eſt. Radix difficilè concoquitur, inflátque, & ſemen generat.

Gal. li. 6. ſimp. me. & li. 2. de alim. fac.

Ex Fuchſio.

Calidum eſt in ſecundo receſſu: & humidum in primo.

Napus: Græcis, βουνιάς: Italis, Napo: Germanis, Steckrueben: Hispanis, Nabicas: Gallis, Nauet.



Locus ex Fuchsio.

Frigidis locis gaudet.

Qualitates ex Fuchsio.

Napus eandem temperaturam obtinet quam Rapum. Excalfacit igitur in secundo ordine, & humectat in primo.

Raphanus

Raphanus, siue Radix: Græcis, ῥάφανις: Arabibus, Fugel, siue Fegiel: Italis, Rafano, & Radice: Germanis, Rettich: Hispanis, Rauano, & Rauanillo: Gallis, Reffort.

Locus.



Seritur semine. Pingue solum amat, & bene subactum.

Pallad.li. 9.cap.5.

Qualitates.

Excalfacit excessu tertio, desiccat verò secundo. Quin & semen ipsũ planta efficacius est. Facultas ei inest digerendi. Item, vim extenuatoriam gerit: cum qua conspicuè calfacit: acris enim in ea qualitas exuperat.

Gale.li.8. simp.me.

Raphanus agreſtis: Italis, Raſano ſaluatico : Romanis , Ramoracia : Germanis, Vuald Rettich: Gallis, Rafan, ſiue Reffort ſauuage.



Locus ex Fuchſio.

Sabuloſis gaudet , & Pratis : & naſcitur ſecus Vias.

Qualitates.

Gale.li.8. ſimpl.medica.

Raphanus agreſtis Valentius deſiccat & excalfacit, domeſtico.

Siſer

Siſer: Græcis, σίσαρον: Arabibus, Culcas, Fiſarum, ſiue Seiſaron: Italis, Siſaro: Germanis, Gierlin, ſiue Girgelin: Hiſpanis, Chiriuias: Gallis, Cherüy, ſiue Giroles, aut Carottes blanches.



Locus ex Fuchſio.

Frigidos tractus amat: & ſeritur in hortis.

Qualitates.

Secundo ordine excalfacit: & habet adiectam amaritudinē quandam cum leuicula adſtrictione. Gale. li. 8. ſimp. me.

Ex Aegineta.

Excalfacit tertio ordine.

Ex Fuchſio.

Satiuum deſiccat primo exceſſu: & Venerem ſtimulat.

Siſer alterum : Gallis, Cherüys communs.



Locus & Qualitates.

Huc refer quæ dicta ſunt de Siſaro.

Lapa

Lapathum, ſiue Rumex: Græcis, λάπαθον, ἢ ὀξυλάπαθον: Officinis, Lapathum acutum: Arabibus, Humadh, Hunadh, ſiue Hamad: Italis, Rombice, ſiue Lapatio: Germanis, Ampffer: Hiſpanis, Labara: Gallis, Lapais, Lampe, Parelle, ſiue Patience.

Locus.



Naſcitur in paluſtribus. Dio. li.2. cap.108.

Qualitates.

Lapathum moderatè digerentem ſortitum eſt facultatem: at Oxylapathũ, miſtam. Nam ſimul cum eo quòd digerit, nonnihil quoque repercutit. Semen eorum manifeſtam quandam adſtrictionem obtinet. Gale.li.7. ſimpl.medica.

Hippolapathum, siue Reubarbarum Monachorum: Græcis, ἱππολάπαθον: Germanis, Munch Rabarbaren: Gallis, Reubarbe de Marais.



Locus.

Nascitur in Paludibus.

Qualitates.

Dios.li.2. cap. 108. Gale.li.7. simp.me.

Easdem qualitates & facultates obtinet, quas Rumex: sed imbecilliores.

Oxa

Oxalis, Latinis, & Græcis: Italis verò, Agretta: Germanis, Sauer Ampffer: Hispanis, Azederilla: Gallis, Ozeille, Vinette, siue Saliette.



Locus ex Fuchsio.

Nascitur temerè in Pratis: & seritur in hortis.

Qualitates. ex Fuchsio.

Recentioribus Oxalis desiccat et refrigerat: in secundo ordine.

Ex Galeno.

Huc refer quæ dicta sũt de Lapatho.

Oxalis altera: Gallis, Autre eſpece d'O-zeille.



Locus, & Qualitates.

Accommoda hic omnem Oxalidis hiſtoriam.

Lamp

Lampſana, ſiue Braſſica ſylueſtris: Græcis, λαμπσάνη: Gallis Sanues blanches.

Pli. li. 20. cap. 9.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in Campeſtribus, & Noualibus.

Qualitates.

Lampſana eſa ſuccos prauos procreat. Cæterum illita abſtergendi nonnullam, digerendique facultatem poßidet.

Gal. li. 7. ſim. me.

Blitum: Græcis, βλῆτον: Arabibus, Bacha la iamenia, siue, Bachalæ alie manie: Italis, Blito: Germanis, Mayer: Hispanis, Bredos: Gallis, Blette, siue Poyrée rouge.



Locus ex Matthiolo, & Fuchsio.

Nascitur in hortis & campis, & restibili fertilitate perennat in multos annos.

Qualitates.


Gal. li.6. sim.me.

Blitum humidæ frigidæq; temperaturæ est, in secundo maximè excessu à temperatis.

Malua:

Malua: Græcis, μαλάχη: Arabibus, Chubeze, siue Chabazi: Italis, Malua: Germanis, Pappel: Hispanis, Maluas: Gallis, Malue.

Locus ex Fuchsio.



Seritur in hortis. Verùm sponte nascitur in incultis: & maximè in pingui & humido solo.

Qualitates. Gal. li. 7. sim. me.

Malua agrestis, digerentis paululum, & emollientis leuiter est facultatis. Hortensis verò quātò plus habet aqueæ humiditatis, tantò facultate imbecillior est. Fructus eius tantò validior est, quantò & siccior. Item, A refrigerandi facultate maximè abest, & facilè commeat, Syluestres satiuis sicciores sunt. Idē lib. 2. de ali. fa.

Malua

Malua Arborea: Gallis, Malues des Iardins.



Locus.

Theo. de nat. plan. li. 1. ca, 5.

Seritur in hortis : & cultura adulteratur.

Qualitates.

Huc refer quæ de Malua dicta sunt.

Atrip.

Atriplex: Græcis, ἀτράφαξις, ἢ χρυσολάχανον: Arabibus, Cataſ, ſeu, Caraf: Italis, Atriplice: Germanis, Molten, ſiue, Milten: Hiſpanis, Armoles: Gallis, Choux Armoux, Arroches, Bonnes Dames, Folles, ſiue Femes.

Locus ex Fuchſio.



Seritur: & naſcitur in cultis.

Qualitates.

Atriplex conſtat humida et frigida temperie: humida quidē ſecundi ordinis à medijs: frigida verò primi: quam vtique tepidam eſſe caliditatem poſuimus, cuiuſmodi Roſis ineſt. Non tamen adſtringit: ſed aquea eſt, & minimum terrena. Ventrem celeriter permeat: & paululum digerit. Hortenſis frigidior & humidior agreſti.

Gal. li. 5. ſim. me.

Atrip

Atriplex Syluestris: Gallis, Arroches sauuages.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur sponte in cultis, & campestribus.

Qualitates.

Huc refer quæ de satiua Atriplice dicta sunt.

Spinacia,

Spinacia, ſiue Olus Hiſpanicum: Græcis, σπαναχιά: Arabibus, Hiſpanach: Italis, Spinacci: Germanis, Spinat: Gallis, Eſpinoches, ſiue, Eſpinars.



Locus ex Fuchſio.

Seritur vbique.

Qualitates.

Frigida ſunt & humida in primo ordine.

Atriplex

Atriplex marina: Gallis, Arroches marines.



Locus ex Matthiolo.


Littoribus, & maritimis gaudet.

Qualitates

Accedit propè ad Halimi facultates.

Kali

Kali.



Locus ex Matthiolo.

Salinas, & littora peramat.

Qualitates ex Matthiolo.

Sapor vniuersæ plantæ salsus: inde qualitates conÿcito.

Brassica crispa: Græcis, κράμβη: Italis, Cauoli, siue Verze: Germanis, Koël: Gallis, Choux vers: Hispanis, Colles, & Couues.

Locus ex Fuchsio.

Seruntur vbique semine, et radice.



Qualitates.

Gale. li. 7. simpl. medica.

Satiua Brassica desiccandi vim habet, tum esa, tum foris imposita, nõ tamen etiam admodum acrem. Vim etiam spissandi habet: & abstersorium quidđam continet. Semen amara qualitatis particeps est: estque aliquatenus abstersorium. Cinis Caulium valde desiccat: vt sit causticus.

Brassi


Braſſica capitata: Italis, Cauolo cappuccio: Germanis, Capshaut: Gallis, Choux Cabuz.



Locus, & Qualitates.

Huc refer quæ de Braßica dicta ſunt.

Brassica Marina: Græcis, κράμβη θαλασσία: Officinis, Soldanella : Italis, Cauolo marino: Gallis, Chou de Mer.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in Maritimis.

Qualitates ex eodem.

Folia gustu, amara, salsa, & quadamtenus acria. Hinc facultates & temperaturam coniicito.

Beta

Beta nigra: Græcis τεῦτλον: Arabibus, Decka, & Celb: Italis, Bietola: Germanis, Mangolt, & Pieſſen: Hiſpanis, Aſelgas: Gallis, Ioutte, Reparée, ſiue Porrée.

Locus ex Matthiolo.



Seritur in hortis.

Qualitates

Beta Nitroſæ facultatis particeps eſt, qua tum digerit, tum extergit, & per nares purgat. Cocta nitroſitatem omnem exuit, fitque facultatis leuiter digerentis. Porrò, ad detergendum digerendúmque, validior eſt, Beta alba: nam nigra adiunctum habet adſtrictionis quidpiam, & magis in radice quàm aliis partibus. Succus abſterſorius eſt. Exigui eſt alimenti.

Gale. li. 8. ſimpl. medica.

Gal. li. 2. de ali. facul.

Beta candida: Gallis, Blanche Porrée.



Locus & Qualitates.

Huc refer quæ de Beta nigra dicta sunt.

Portula

Portulaca: Græcis ἀνδράχνη: Arabibus, Bakleancha, ſeu Bachele alhanicha: Italis, Portulaca, Procacchia ſiue Porcellana: Germanis, Burtzelkraut: Hiſpanis, Verdolagas, & Baldrœgas: Gallis, Porcelaine, Pourpier, ſiue Pourchaille. Locus ex Matthiolo.



Seritur naſcitúrque ſponte in locis petroſis, & incultis.

Qualitates.

Portulaca frigida, & aquea temperamento eſt, pauca cuiuſdã particeps auſteritatis. Refrigerat quidem exceſſu tertio à temperatis ac medijs: humectat verò ſecundo, viſcoſum etiam quiddam obtinet. Succus refrigerat, eiuſdémque temperatura eſt cuius herba. Succus magis adſtringit quàm herba: quæ ſuccum gignit modicum, eúmque humidum, frigidum, & glutinoſum.

Gale. li. 6. ſimpl. medica.

Asparagus: Græcis, ἀσπάραγος: Arabibus, Halion, siue Helium: Italis, Asparago: Germanis, Spargen: Hispanis, Esparagos: Gallis, Esparge.

Locus ex Fuchsio, & Matthiolo.



Seritur in hortis: gaudétque Arundinetis, & locis petrosis. Est & alius Asparagus palustris.

Qualitates.

Gale. li. 2. de alimé. facul.

Asparagus Petræus abstergendi vim habet: idque citra manifestam aut caliditatem, aut frigiditatem. Renes & Iecur infarctu liberat. Vrinam cit, & parum præbet nutrimenti. Cocti tamen magis alunt.

Gale. li. 6. simpl. medica.

Plan

Plantago maior: Græcis, ἀρνόγλωσσον: Arabibus, Liſen, ſiue Leſan alhamel: Italis, Piantagine: Germanis, Vvegerich: Hiſpanis, Lhantem, ſiue Tamehagẽ: Gallis, Plantain.



Locus.

Naſcitur in Lacunoſis, ſepibus, & locis humidis. Dioſ. li. 2. cap. 119.

Qualitates.

Plantago miſtæ eſt temperaturæ: habet enim quiddam aqueum frigidum: habet & auſterum quiddam, id quod terreum eſt ſiccum, frigidum. Itaque refrigerat ſimul & deſiccat: & in vtroque ſecundi exceſſus à medijs eſt. In omnibus medicamentis, quæ refrigerant ſimul & deſiccant, primas tenet Plantago: idque temperaturæ ſymmetria. Siccitatem enim obtinet morſus expertem, & frigiditatem quæ nondum obſtupefaciat. Semen & radix ſimilis ſunt facultatis, niſi quòd ſiccioris & minus frigidæ. Sed & ſemen ſubtilium eſt partium: radices verò craſsiorum. Sicca folia tenuioris & minus frigidæ ſunt facultatis: folia & ſemina ſunt aliquatenus abſterſoria. Gale. li. 6. ſimp. medica.

Plantago minor.



Locus, Qualitates.

Huc refer omnem Plantaginis historiam.

Sium

Sium, ſeu Lauer: Græcis, σίον: Arabibus, Rorcathalmi, Inhamehanella, ſeu Hamehanella: Italis, Sio, ſiue Gorgoleſtro: Germanis, Vvaſſer merck: Hiſpanis, Rabacas: Gallis, Berle.

Locus.



Sion in ſcaturietium fontium riuis plerunque naſcitur.

Dioſ. li. 2. cap. 123.

Qualitates.

Sium, quantum guſtu odoratum eſt, tantum etiam calfacientis qualitatis eſt particeps. Digerit autem, & vrinam mouet, et calculos renum frangit, & menſes euocat.

Gal. li. 8. ſimp. medica.

Ex Fuchſio.

Ex amaritudine conijci poteſt Sium eſſe caidum & ſiccum.

Siſym

Sisymbrium hortense: Græcis σισύμβριον: Arabibus, Sisnabarion, siue Sisnabar: Italis, Sisembro, & Menta Romana: Germanis, Vuasser muntz, siue Bachmuntz: Hispanis, Yerua buena de agria: Gallis, Mente aquatique, Baume, Thymbree, ou Serpollet sauuage.

Locus ex Dioscoride & Fuchsio.

Dio. li.2. cap.121.



Nascitur in incultis. Item aquosis & aquis stagnantibus gaudet.

Qualitates.

Gale.li.8. simp. med.

Tenuium est partium: & digerentis, excalfacientis, & exiccantis facultatis in tertio ordine. Semen eius tenuium est partium, & calidum.

Sisym

Siſymbrium aquaticum, Cardamina, ſiue Naſturtium aquaticum: Græcis, σισύμβριον ἕτερον: Italis, Siſembro aquatico, ſiue Creſcione: Germanis, Brun kreſſen, ſiue Vuaſſer kreſſen: Hiſpanis, Berros, aut Agriris: Gallis, Creſſon.



Locus.

Riguis gaudet: & eiſdem locis quibus Sion prouenit. Dio. lib. 2. cap. 121.

Qualitates.

Siſymbrium aquaticum guſtu ſimile quiddam Naſturtio præfert. Siccum tertij eſt ordinis excalfacientium, & deſiccantium: cum humidum & viride, ſecundi. Gale. li. 8. ſimp. me.

Siſym

Sisymbrium aquaticum alterum: Gallis, petit Cresson.



Locus, & Qualitates.

Huc refer omnem Sisymbrij aquatici prioris historiam.

Crith

Crithmum, Crithamon, siue Fœniculum marinum: Græcis, κρίθμον: Italis, Finocchio marino, Bacille, & herba di San Pietro: Germanis, Bacillen, siue Meerfenckel: Hispanis, Perexil de la Mar, siue Vnhas de Agnula yerua: Gallis, Bassille, siue Fenoil marin.



Locus.

Nascitur in maritimis & petrosis, & seritur in hortis. Diosc. li. 2. cap. 122.

Qualitates.

Crithmum gustatibus salsum quodammodo est, cum paucula amaritate: vt vis eius sit exiccatoria, & abstersoria: vtraque tamen imbecillior est in leo, quàm in amaris. Gal. lib. 6. simp. me.

Crith

Crithmum alterum, siue Crista marina: Gallis, Creste marine, espece de Bassille.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in Scopulis, Promontoriis, ac locis maritimis petrosis.

Qualitates.

Huc refer omnia de Crithamo.

Coro

Coronopus, Serpentina, ſiue Sanguinaria : Græcis, κορονόπους, ἢ ἄστερον: Italis, Herba ſtella : Germanis, Kraenfuoſz : Hiſpanis, Guiabellá : Gallis, Corne de Cerf, ſiue Sanguinaire.

Locus.



Prouenit in aggeribus, locis incultis, & ſecus vias: ſeritur tamẽ hodie in Acetariarũ vsũ.

Dioſ. li. 2. cap. 123.

Qualitates.

Radix mandūcata, cœliacis prodeſſe creditur.

Gale. li. 6. ſimp. me.


Ex Dioſcoride.

Radix habet vim adſtringentem.

Ex Fuchſio.

Ex guſtus coniectura deſiccat,

Coronopus ſyluestris, aut Serpentina.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur ſponte in diluto extenuatóque ſolo.

Qualitates, ex Matthiolo.

Radix in vino pota præcipuum remedium eſt ad venenoſos ictus & morſus.

Sonchus

Sonchus, Cicerbita, Lactucella, siue Palatum leporis: Græcis, σόγχος: Italis, Cicerbita: Germanis, Vuilder hasen koel, siue Gens distel: Hispanis, Serraya, siue Serralla: : Gallis, Laiteron, Laitteſſon, ſiue Palais au Lieure.

Locus, ex Matthiolo.




Visitur in hortis, campis & vinetis.

Qualitates.

Temperamentum eius quodammodo mistum est: constat enim ex aquea terreaque substantia, vtraque leuiter frigida: nam & adstrictionis cuiusdam est particeps. Illitum autem, & esum, manifestò refrigerat. Siccum verò terrestris est temperaturæ, & modicam habet caliditatem. Gale. li. 8. sim. me.

Sonchus planus: Italis, Cicerbita liſcia: Gallis, Laitteron aux Lieures.



Locus, & Qualitates.

Refer huc Sonchi hiſtoriam.

Seris

Seris, Intubus satiuus, siue Endiuia: Græcis, σέρις: Arabibus, Dumbebe, Hundebe, seu Endeba: Italis, Endiuia: Germanis, Endiuien. Hispanis, Endiuia: Gallis, Endiue, siue Endiuie.

Locus, ex Matthiolo.



Seritur in Acetariarum vsum.

Qualitates.

Intybus olus est subamarum. & magis quæ agrestis est. Est autem ea frigidæ siccæq; temperaturæ, vtrunque secundo excessu. Porrò domestica magis etiam quàm agrestis refrigerat. Sed & humiditatis multæ admistio siccitatem extinguit. Verùm vtraque adstringentis qualitatis st particeps.

Gal. li. 8. simpl. medica.

Intubus hortensis alter : Gallis, seconde espece d'Endiue.




Locus, & Qualitates.

Huc refer quæ de priore Intubo dicta sunt.

Intybus

Intybus Syluestris, siue Cichorium: Græcis, Σέρις ἀγρία, κιχώριον, ἢ πικρὶς: Italis, Cicorea Saluatica: Germanis, Vvegvveiz, siue, Vveg vvartz.: Hispanis, Almerones, & Cichoria: Gallis, Cicorée sauuage.



Locus ex Fuchsio.

Nascitur in campestribus, & secus vias.

Qualitates.

Hic resumito quæ de Intubo dicta sunt.

Cichorium satiuum : Gallis, Cicorée blanche, siue Cicorée des Iardins.



Locus ex Matthiolo.

Seritur in acetariarum vsum.

Qualitates.

Historiam Intybi hic sumito.

Dens

Dens Leonis, Dens Caninus, caput Monachi, Roſtrũ porcinum, ſiue Ambubeia: Theophraſto, ἄφακα: Gallis, Piſſenlict ſiue, Dent de Lyon: Germanis, Pfaffen-roerlin.

Theo. de nat. plãt. li. 7. c. 11.



Locus. ex Fuchſio.

Naſcitur vbique, præſertim in hortis.

Qualitates.

Hic dicta ſint quæ de Cichorio agreſti præfati ſumus.

Cyanus maior, Flos Frumenti, siue Baptisecula: Græcis, κύανος: Italis, Fior Campese, Battisecula, siue Battisuocere: Germanis, Kornbluomen: Gallis, Aubiffoin, Blauelles, Blaueoles, Bluet, siue Bleuet.



Locus ex Fuchsio.

Nascitur in cultis, & inter segetes.

Qualitates. ex Fuchsio.

Refrigerat, & repercutit: viscosus enim gustu est, absq; manifesto calore.

Ex Placētino.

Propria dote pestilentibus morbis aduersatur.

Ex Recentiorum placitis.

Inflammationibus oculorum, & aliarum corporis partium prodest.

Cyanus minor: Gallis, Petit Aubiffoin.




Locus, & Qualitates.

Huc refer quæ dicta sunt de Cyano maiore.

Chon

Chondrilla prima: Græcis χονδρίλλη: Arabibus. Candarel, Cadaron, seu Amiron: Italis, Chondrilla siue Lattaiuola: Germanis, Kleyn Sonnen Vvirbel: Hispanis, Laitugas, siue Leichugas dentre los planos: Gallis, Laitteron.



Locus, ex Matthiolo.

Nascitur in cultis locis, scrobium aggeribus, & secus vias,


Qualitates.

Gal. li.8. sim. me.

Adstringit vt Cichorium: est enim Seridis species, & eiusdem facultatis.

Chon

Chondrilla altera.



Locus.

Naſcitur in lætis & cultis.

Dio. li. 2. cap. 126.

Qualitates.

Huc refer quæ de Chondrilla priore dicta ſunt. Galenus tamen Lactucæ Chondrillam ſimilem facit.

Gal. li. 2. de alim. facul.

Cucur

Cucurbita: Græcis, κολοκύνθα ἐδώδιμος: Arabibus, Haraha, Hara, seu Charha: Italis, Zucca: Germanis, Kurbss: Hispanis, Calabassa: Gallis, Courge, Courle, siue, Causse.

Locus, ex Fuchsio.



Frigidis & humidis gaudet: nec sponte nascitur.

Qualitates.

Gal. li. 8. sim. me.

Humida frigidaq́ue temperatura est, & utraque qualitate secundi ordinis. Comesta humida est, & sitim propellens: stomacho tamen perniciosa, & concoctu planè inexpugnabilis.

Idē li. 1. de ali. fa.

Frigidum, humidumq́ue corpori alimentum præbet, ac idipsum ea de causa exiguum: sed facilè per aluum subit, ob substantiæ suæ lubricitatem.

Cucur

Cucurbitæ Indiane, & peregrinæ: Italis, Zucche Indiane: Gallis Courges d'yuer.




Locus, & Qualitates.

Huc refer quæ de Cucurbita dicta sunt.

Cucu

Cucumer ſatiuus: Græcis, σίκυς ἥμερος: Arabibus, Chathe, ſiue, Chetha: Italis, Cocomero, & Cedruolo: Germanis, Cucumeru: Hiſpanis, Cocombro: Gallis, Cocombre.

Locus ex Fuchſio.



Lætum Solum & apricum amat.

Qualitates.

Gal. li. 8. ſimi. me.

Cucumis eſculentus maturus, quidē tenuioris eſſentiæ eſt: immaturus verò craßioris. Sed & abſtergēdi & incidendi facultate participant. Puluis ſeminis arefacti, contuſi & cribrati, abſterſorius eſt. Superat in eis humida frigidaq; temperies: non tamen magnopere, ſed quaſi in ſecūdo ordine. Radix, aut ſemen arefactum, deſiccat in primo quodā ordine, aut etiam in ſecundo incipiente. Magis etiam abſtergit quàm caro.

Ang

Anguriæ: Arabibus, Dullaha: Italis, Anguria, Citrullo, siue Cocomero: Germanis, Gurchen: Hispanis, Cogombro: Gallis, Cocombres.



Locus ex Matthiolo.


Germana est Italia.

Qualitates.

Huc refer omnem Cucumeris historiam.

Melones, siue Pepones: Græcis πέπονες: Arabibus, Batheca, seu Bathiech: Italis, Mellone: Germanis, Pfeben, siue Melaon: Hispanis, Melon: Gallis, Melons.

Locus ex Fuchsio.



Loca insolata amat, & bene subacta.

Qualitates.

Vniuersa Peponum natura frigida, & largè humida est, habéntque quãdam abstergendi vim: et rapiũtur deorsum expeditius quàm Cucurbitæ, aut Melopepones.

Gal. li. 2. de ali. facul.

Semen, eorum carne efficacius censetur. Melopepones verò minus humectant quàm Pepones: nec adeò praui succi, tardiúsque deorsum descendunt, minúsque vrinam prouocant.

Lactu

Lactuca criſpa: Græcis, θρίδαξ: Arabibus, Cherbas, ſiue Chas: Italis, Lattuca: Germanis, Lactuck: Hiſpanis, Lechuga, ſiue Alfalſa: Gallis, Laitue.

Locus ex Fuchſio.

Seritur in hortis, vt cætera Oleracea.



Qualitates.

Olus humidum eſt & frigidum: non tamen extremè (ſiquidem edendo non foret) verũ maximè ſecundũ aqua fontana frigiditatem.

Gale. li. 6. ſimpl. medica.

Ex Simeone Sethi.

Refrigerat & humectat in tertio ordine.

Lactuca florida: Gallis, Laitue en fleur.




Locus, Qualitates.

Vide Lactucæ crispæ historiam.

Lactuca

Lactuca syluestris: Græcis, θριδαξ ἀγρία: Italis, Lattuca saluatica: Germanis, Vvild Lactuck: Gallis, Laitue sauuage.



Locus ex Fuchsio, & Theophrasto.

Nascitur in aruis, & in vinearum aut hortorum septis.

Theoph. de natu. plan. li. 7. cap. 6.

Qualitates.

Viribus quodammodo Papaueri similis.

Diosc. li. 2 ca. 130.

Ex Simeone Sethi.

Minus humectat & refrigerat quàm satiua.

Chærefolium, quibuſdam, Gingidium: Græcis, χαιρέφυλλον, ἢ γιγγίδιον: Italis, Cerefoglio: Germanis, Koerffel, ſiue Kerbelkraut: Gallis, Cerfueil.

Dioſ. li. 2. cap. 131. Pli. li. 20. cap. 5.

Locus, ex Dioſc. & Plinio.



Peculiare Olus Ciliciæ, & Syriæ hortis. Nunc tamen familiariſsimum eſt, & vbique ſeritur.

Qualitates.

Gal. li. 6. ſimpl. medica.

Gingidium ſicut guſtu amaritudinẽ, & aſtrictionem præfert: ſic temperamento quoque ipſo caliditatem & frigiditatem. Secundum verò vtramque qualitatem deſiccatorium eſt. Non paruam obtinet adſtrictionem: nec admodum conſpicuam caliditatem: verùm deſiccat ſecundo receſſu.

Pecten

Pectén Veneris, siue Scandix Hermolai Barbari: Germanis, Vvild moren.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur inter segetes, præsertímque in agrorum marginibus.


Qualitates ex eodem.

Ex acrimonia & amaritudine quam gustui repræsentat, non excedit primum siccitatis & caliditatis ordinem.

Ex Plinio.

Radix contusa corpori infixa extrahit. Pli.li.24. cap.19.

Caucalis, siue Daucus syluestris, aut Petroselinum erraticum: Græcis, καυκαλις: Italis, Petrosello saluatico: Gallis, Persil sauuage.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in Campestribus, inculto præsertim solo.

Qualitates.

Gal. li.7. simp. medica.

Caucalis adsimili est Dauco, gustu, ac viribus: nam excalfacit vt ille, & desiccat.

Eruca

Eruca: Græcis, εὔζωμον: Arabibus, Iergir, Ergir, seu Giargir: Italis, Ruchetta, siue Ruccola: Germanis, Vveisz senff: Hispanis, Oruga, & Aruga: Gallis, Roquette.



Locus ex Fuchsio.

Seritur in acetariarum vsum.

Qualitates.

Excalfacit per quàm manifestè: genitale semen auget, & Venerem stimulat.

Gale. li. 2. de alimẽ. facul.

Ex Fuchsio.

Eiusdem est temperaturæ cuius Erysimon.

Eruca ſyluestris: Græcis, ἔυζωμος ἄγριον: Italis, Ruchetta gentile, ſiue ſaluatica: Gallis, Petite Roquette, ſiue Roquette gentille, aut Roquette ſauuage.

Locus.

Dio. lib. 2. cap. 134.



Gignitur maximè in Iberia quæ Occidentem ſpectat.

Ex Fuchſio.

Naſcitur ſponte in riguis: & ſeritur in acetariarum vſum.

Qualitates ex Dioſcoride.

Multò ſatiua acrior: & magis vrinam pellit.

Ocim

Ocimum Latinis & Græcis: Arabibus, verò Berendaros, & Bedarog: Italis, Basilico: Germanis, Basilien, siue Basilgram: Hispanis, Albahaca: Gallis, Basilic.

Locus ex Matthiolo.



Seritur in hortis: & per raræ sunt ædium fenestræ, perraráque cœnacula ac viridaria, quæ Ocimum non redoleat: frequens enim seritur & fouetur in figulinis vasis.

Qualitates.


Ex secundo est ordine calfacientium. Habet autem recrementitiã humiditatem: proinde nec commodum est quod in corpus sumatur. Illitum, ad digerendum & concoquendum vtile est. Vitiosi est succi.

Gale. li. 8. simp. me.

Gal. lib. 2. de ali. fa.

Ocimum

Ocimum gariophyllatum, siue Ocimum paruum: Italis, Basilico gentile: Germanis, Kleyn Basilien: Gallis, Petit Basilic, siue Basilic gentil.



Locus & Qualitates.

Huc refer omnem Ocimi historiam.

Oroban

Orobanche, siue Erui angina: Græcis ὀροβάγχη: Italis, Herba lupa, Coda di Leone, siue Herba Tora.



Locus.

Nascitur inter legumina, eáque strangulat. Dio. li.2. cap.136.

Qualitates.

Refrigerat, & desiccat in primo recessu. Gale.li.8. simp.me.

Hirci

Hirci Barbula: Græcis, τραγοπώγων: Italis, Barba di Becco, siue, Sassefrica: Germanis, Boksbart, siue Gauch brott: Hispanis, Barba de Cabron: Gallis, Barbe de Bouc.

Locus ex Matthiolo.



Nascitur temerè in pratis.

Qualitates, ex Matthiolo.

Succus foliorum, vel eorũ stillatitia aqua, vim spissandi habet.

Ex Fuchsio.

Radix, & herba, quæ gustu dulcis est, indicat Tragopogon humidum esse, & moderatè calidum.

Ornith

Ornithogalum, Latinis & Græcis, Gallis, Churles.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur frequens inter Segetes.

Qualitates ex eodem.

Radices ſuauißimi ſunt guſtus, & eſui aptißimæ.

Traſi.

Trasi.



Locus ex Matthiolo.


Germinant in cultis, & Campestribus.

Qualitates ex eodem.

Venerem stimulant: & quantum ex dulcedine coniici potest, in calfacientium & humectantium genere censentur: sed flatus quodammodo gignunt.

Tubera

Tubera: Græcis, ὕδνα: Arabibus, Ramech, Alchamech, Tamer, siue Kema: Italis, Tartuffi: Germanis, Hirst brunst: Hispanis, Turmas de tierra: Gallis, Truffes, siue Truffles.



Locus ex Matthiolo.

Terra occulta quadam facultate conglobat. Syluosis & montium radicibus gaudent.

Qualitates.


Nullam habent euidentem qualitatem. Frigidiusculum & crassum præbent alimentum. Gale. li. 2. de alim. facul.

Ex Auicenna.

Tubera terrena magis quàm aquea sunt, omniq; prorsus sapore expertia. Atrabiliares & crassos gignunt humores: concoctúque sunt contumacia, & ventriculum aggrauãt.

Smi

Smilax hortensis: Græcis, σμίλαξ κηπαία: Arabibus, Lubia: Italis, Faggiuolo Turchesco: Germanis, Vuelſſch bonen: Hiſpanis, Feyones: Gallis, Faſiolz de Turquie, Feues peintes, ſiue, Pois à viſages.



Locus ex Matthiolo.

Seritur in hortis ad opacandas Pergulas.

Qualitates, ex Simeone Sethi.

Gale. li. 2. de ali. fa. *Excalfaciunt & humectant in primo ordine.*

Ex Galeno.

Humectant.

Aphaca, Aphace, Vicia ſylueſtris, ſiue Os mundi: Græcis, ἀφάκη: Arabibus, Apaki, Afaki, ſiue Albikia: Italis, Vicia ſaluatica: Germanis, Vuilde vuicken, ſiue, vogels vuicken: Gallis, Veſſe ſauuage.

Locus ex Matthiolo.



Non ſolùm ſponte naſcitur: ſed & à multis ſeritur ad Columbarum ſaginã.


Qualitates.

Inſuauis eſt, concoctu difficilis, & aluũ retinens, Improbum craſſumque ſuccum gignit, et qui facilè in humorem melancholicum vertatur. Gale. li. 1. de ali. fa.

Ex Fuchſio.

Moderatè calida eſt: verum deſiccat efficaciter.

Vicia: Græcis, βυνίον: Italis, Vitia: Germanis, Vuicken: Gallis, Vesse.



Locus ex Fuchsio.

Aridis gaudet. Seritur autem inter segetes.

Qualitates.

Eiusdem temperaturæ cuius Aphaca.

Ex Fuchsio.

In medio est caliditatis & siccitatis: magis autem desiccat: vt sit secundi ordinis desiccantium.

Porrum

Porrum capitatum: Græcis, πράσον κεφαλωτὸν: Arabibus, Curat, seu Kurat: Italis, Porro de gli horti: Germanis, Lauch: Hispanis, Puerro: Gallis, Porreau.

Locus ex Fuchsio.



Latis gaudet: humidum verò & aquosum solum odit.

Qualitates.

Corpus excalfacit, & crassos in eo humores extenuat, glutinosósque incidit. Gale. li. 2. de ali. fa.

Ex Dioscoride.

Flatuosum est: Semen tamen acrius est & quandam adstrictoriam vim habet. Venerem stimulat. Diosc. li. 2. cap. 143.

Ex Fuchsio.


Calfacit & incidit vt Cæpa.

Ex Symeone Sethi.

Calfacit & desiccat in secundo ordine.

Porrum agreſte: Græcis ἀμπελόπρασον: Arabibus, Nabati: Italis, Porro ſaluatico, ſiue, Porrandello: Germanis, Vvild lauch: Hiſpanis, Hayos, & Pierros de las vinhas: Gallis, Vigneporrette, Porrée de Chien, ſiue, Porreau ſauuage.

Locus ex Matthiolo.



Naſcitur plerunque in vineis, agrorum marginibus, et in amœnis collium locis.

Qualitates.

Gale. li. 6. ſim. me.

Ampeloprasum acrius et ſiccius eſt porro domeſtico, & ſtomacho nocentius. Sed & craſſos & lentos humores potentius incidit: valentiusq; infarcta organa obſtructione liberat. Adeo calidũ eſt, vt illitum exulceret. Extremi ergo eſt ordinis calfacientium.

Cep

Cepa: Græcis, κρόμμυον: Arabibus, Basil, seu Bassàl: Italis, Cipolla: Germanis, Zvvibel: Hispanis, Cebolla: Gallis, Oignons.



Locus, ex Fuchsio.

Pingui solo gaudet, et Vliginoso. Seritur semine & radice.


Qualitates.

Gal. li. 7. sim. me.

Ex quarto est ordine calfaciētium: essentia autem eius potius crassarū partium. Porrò, si succum exprimas, quod reliquū est admodum terreæ substātiæ est, eiusq; calidæ: succus verò aqueæ, aëreæq; qualitatis. Cepa mãducata flatuosa est. Itaque quæ temperatura sunt sicciore, minus flatuum generant. Cæterà verò Porro similis.

Allium : Græcis , σκόροδον : Arabibus , Chaum, Cairin, ſeu, Thum : Italis, Aglio: Germanis, Knoblauch: Hiſpanis, Ayos: Gallis, Ail, ſeu, Aux.

Theo. de na. plan. li. 7. c. 4.



Locus.

Seritur, nucleatim diuiſum, in hortis.

Qualitates.

Gal. lib. 2. de alim. facul.

Allium non modo vt obſonium, verum etiam vt medicamentum vſurpatur: obſtructa enim ſoluere & diſcutere poteſt. Aliquãtiſper elixum, vſque dum acritudinem abijciat, imbecillius fit, ſed ſucci prauitatem amittit.

Ex Fuchſio.

Dio. li. 2. cap. 146.

Deſiccant & calfaciunt quarto ordine.

Ex Dioſcoride.

Vis Allij acris eſt. Excalfacit, mordet, inflationes facit, & ſummam cutem exulcerat.

Scoro

Scorodoprasum Latinis, & Græcis: Germanis, Aberknoblauch, siue Feld Knoblauch: Gallis, Ail-porreau.



Locus ex Matthiolo.

Vmbrosis gaudet: & sponte nascitur in pratorum marginibus.

Qualitates.

Scorodoprasum sicut gustu & odore mediã Allij, & Porri qualitatẽ obtinet: ita & vires. Gal. li. 8. sim. me.

Sinapi primum: Græcis, Σίνηπι, ἢ νάπι: Arabibus, Cardel, ſiue, Chardel, Italis, Senape: Germanis, Senff. Hiſpanis, Moſtaza: Gallis, Seneué, ſiue, Mouſtarde aux fleurs blãches.



Locus ex Fuchſio.

Seritur in hortis.

Qualitates.

Calfacit & deſiccat quarto ordine.

Gal. li. 8. ſim. me.

Ex Dioſcoride.

Ad calfaciendũ, extenuandum, extrahendum efficax.

Ex Matthiol.

Officinæ vtuntur ad cauſtica.

Sinapi

Sinapi ſecundum, ſiue, Sinapi erraticum: Gallis, Seneué à fleurs iaunes, ſeu, Seneué ſauuage: Italis, Senape ſaluatica.



Locus, ex Fuchſio.

Naſcitur ſponte in cultis, & Noualibus.

Qualitates.

Eiuſdem eſt temperaturæ cuius primum Sinapi.

Sinapi tertium : Gallis, Moustarde blanche & douce.



Locus ex Matthiolo.

Satiuum est.

Qualitates

Huc refer omnem Sinapis historiam. Id tamen proprium habet, vt musto recenti commistum (sit modò tritum) eius dulcedinem tueatur, eamq; deficere prohibeat, quòd ebullitionem reprimat.

Nastur

Naſturtium hortenſe: Græcis κάρδαμον: Arabibus, Norfalchef, ſeu Narf: Italis: Naſturtio, & Agretto: Germanis, Kreſſen, ſiue, GartenKreſs: Hiſpanis, Naſturcio, & Malpica: Gallis, Naſitort, Creſſon Alnoys, ſiue, Creſſon de Iardin.



Locus, ex Matthiolo.

Familiaris eſt hortis, & frequens herba, expetita in Acetariarum vſum.

Qualitates.

Gal.lib.7. ſim.me.

Adurentis facultatis eſt particeps naſturtij ſemen, ſicut Sinapi: Itaque vbi rubrificatione opus eſt, eo perinde atque Sinapi excalfaciunt. Valēter incidit craſſos ſuccos. Herba arefacta ſimilem ſemini vim poßidet: viridis autem multò ſemine inferior eſt.

Thlaſpi

Thlaſpi, Capſella, Scandulaceum, Naſturtium tectorum, aut Syluestre Naſturtium: Græcis, θλάσπι, ἢ θλασπίδιον, ϗ σίνηπι ἄγριον: Italis Tlaſpi: Germanis, Biſem Kraut: Hiſpanis, Panequeſo de flor blanquo: Gallis, Seneué ſauuage.

Dio. li.2. cap.150.

Cal. li.5. ſim. me.



Locus.

Naſcitur in ſemitis, & ſepibus, foßisq́;.

Qualitates.

Thlaſpi ſemē habet facultatem acrē, adeò vt internos abſceſſus potū diſrūpat. Fœtus enecat: eſtq́; tum ſupernè, tum in inferne bilioſorum, humorum euacuatorium, acetabuli menſura potum.

Ex Fuchſio.

Semen deſiccat & calfacit quarto ordine.

Burſa

Burſa Paſtoris: Germanis, Teſchelkraut: Gallis, Bourſe à Paſteur.



Locus ex Fuchſio.

Vbique temerè naſcitur, maximè ſecus vias, & inter Rudera.

Qualitates ex Matthiolo.

Eſt ex refrigerãtium, exiccantium, & adſtringentium ordine. Succus herbæ glutinatorius eſt, in ſumma, adſtringit valenter omnes ſanguinis fluxiones.

Arabis, Draba, siue Nasturtium Orientale, aut Nasturtium Babylonicum: Græcis, ἀραβὶς. ἢ δράβη: Gallis, Draue.



Dioscor. lib. 1. cap. 151.

Locus, ex Matthiolo.

Nascitur in campestribus, & agrorum marginibus.

Ex Ruellio.

Noualibus & sæpè cultis gaudet.

Qualitates. ex Dioscorid.

Semen aridum pro pipere obsonijs admiscetur.

Ex Serapiõe.

Insignis est acrimoniæ, et Nasturtio similis.

Irio

Irio, Eryſimum Rapiſtrum, ſiue Sinapis ſylueſtris: Græcis, ἐρύσιμον: Italis, Eryſimo: Germanis, Hederich, ſiue Vvilder ſenff: Hiſpanis, Rinchaon: Gallis, Velar, ſiue Tortelle.



Locus.

Naſcitur iuxta ∨rbes, rudera, hortóſque. Dioſ. li. 2. ca. 152.

Ex Matthiolo.

Fructicat paſſim in plateis, ædificiorũ areis, & ruderibus, & ſecus ∨ias oritur.

Qualitates.

Acrimonia pollet ∨t Naſturtium & Sinapi. Gale. li. 6. ſimp. medica.

Ex Fuchſio.

Semen Irionis eodem ordine calfacit & deſiccat quo Naſturtij. Herba arefacta ſemini par eſt: ∨irens enim imbecillior eſt.

Cantabrica, quibusdam, Vettonica altera: Officinis, Tunica, aut Gariophyllata: Italis, Garofoli: Germanis, Graszbluom, siue Naiglin bluom: Gallis, Oeilletz, siue Girofflées.



Locus ex Fuchsio.

Seruntur studiosè in hortis, fouentúrque in figulinis ad Cœnaculorum decorem.

Qualitates ex Eodem.

Odor, amaritudóque indicia sunt caliditatis, & siccitatis.

Canta

Cantabrica altera, ſiue Vettonica ſylueſtris: Italis, Garoffoli ſaluatichi: Germanis, Donderneglin: Gallis, Armoiries, Oeilletz ſauuages, ſiue Chante pouletz.



Locus ex Fuchſio.

Naſcitur ſponte in Pratis, montibus, & locis inſolatis.

Qualitates ex eodem.

Huc refer omnem prioris Cantabricæ hiſtoriam.

Hydropiper, ſiue Perſicaria: Græcis, ὑδροπέπερι: Italis, Hydropepe, ſiue Pepe aquatico: Germanis Vvaſſer pfeffer, ſiue Mucken kraut: Hiſpanis, Hierua pexiguera ſin manchas: Gallis, Curage



Locus.

Dio. li. 2. cap. 155.

Apud aquas naſcitur quæ ſtagnant, aut pigro lapſu repunt.

Qualitates.

Gal. li. 8. ſimpl. medica.

Calidum eſt, & ſiccum ſed non tantum vt Piper.

Persicaria: Gallis, Curage.



Locus ex Fuchsio.

In humidis & palustribus nascitur.

Qualitates ex eodem.

Frigida est & sicca, ut ex adstringente gustu conijcitur.

Ptarmica, Sternutamentaria, siue Pyrethrum syluestre: quibusdam, Tanacetum aquaticum acutum: Italis, Oliuella: Germanis, Vvasser oder spitzer Keynfarn: Gallis, Herbe à esternuër.

Diosc. li. 2. ca. 156.



Locus.

Nascitur in montibus, & petrosis.

Qualitates.

Gale. li. 8. simpl. medica.

Ptarmicæ flores ciendæ sternutationis vim obtinent: est enim temperies eius calida, & sicca: viridis etiamnum ordine secundo: siccatæ tertio.

Cycla

Cyclaminus, Cyclamen, Rapum, Tuber, siue Vmbilicus terræ, aut Panis Porcinus: Græcis, κυκλάμινος: Arabibus, Buchor marien, Buther marien, siue Bothor mariæ: Officinis, Cyclamen, siue Arthamita: Italis, Cyclamino, siue Pan Porcino: Germanis, Schvvinbrott, siue Erdapffel: Hispanis, Pan de Puerco: Gallis, Cyclamen, siue Pain Porcin.



Locus.

Nascitur in vmbrosis, maximè sub arboribus.

Dio. lib. 2. cap. 158.

Qualitates.

Abstergit, incidit, ora venarum aperit, attrahit, & digerit: adeóque vehemens eius facultas est, vt abdomine illito, ventrem subducat, & fœtum interimat.

Gal. li. 7. simp. medica.

Ex Fuchsio.

Calfacit & desiccat tertio ordine.

Dracunculus maior, siue Serpentaria maior: Græcis, Δρακοντία μεγάλη: Arabibus, Luf, siue Alluf: Italis, Dragontea maggiore: Germanis, Natter vvurtz: Hispanis, Taragontia: Gallis, Serpentine, siue Serpentaire.

Dios.li.2. cap. 160.



Locus.

Nascitur in vmbrosis, & circum septa.

Qualitates.

Gale.li.6. simpl.medica.

Quiddam Aro persimile obtinet, tum folijs, tum radice: acrior tamen est, & amarior, ac proinde magis calfactoriæ, & subtiliorum partium. Habet etiam leuem quadam adstrictionem. Radix viscera omnia expurgat, crassos potißimùm & lentos succos extenuás: optimúmque remedium est contumacium vlcerum.

Ex Fuchsio.

Calfacit & desiccat.

Dracun

Dracunculus minor siue Serpentaria minor: Gręcis, Δρακοντία μικρά: Italis, Dragótea minore: Germanis, Kleyn Natter vvurtz: Gallis, Petite Serpentaire.



Locus.

Nascitur in sepibus vmbrosis. Dio. li. 2. cap. 151.

Qualitates ex Dioscoride.

Radix excalfacit, & Venerem stimulat.

Ex Theophrasto.

Radix cibo inepta penitus est, & Medicis tantùm commoda. Theoph. de natu. Plāt. li. 7. cap. 11.

Vide historiam Dracunculi maioris.

Dracunculus hortenſis, ſiue Dracunculus Acetariarum: Italis, Dragoncello: Gallis, Targon.

Locus ex Matthiolo.



Quibuſdam cultorum mangonio factitia eſt, ex Lini ſemine excauatis cepis impoſito, ac deinde terra recondito. Seritur tamen & radice, & ſemine, in Acetariarum vſum.

Qualitates ex eodem.

Perpenſa eius acrimonia, qua maximè linguam vellicat, eorum eſſe Medicamentorum, quæ valentiſſimè excalfaciunt, conijci poteſt.

Lingua

Lingua Serpentina: Græcis, ὀφιόγλωσσον: Italis, Lingua Serpentina, Argentina, siue Lucciola: Germanis, Natterzuonglin: Gallis, Herbe sans cousture, siue Langue de Serpent.

Locus ex Matthiolo, & Fuchsio.



Nascitur in Pratis Vliginosis, & montosis.

Qualitates ex Matthiolo.

Glutinatoria est: et commendatur mirificè ad Enterocelas.

Ex Fuchsio.

Desiccat absq; manifesto calore: idque ex gustu conijcitur.

Arum:

Arum: Græcis, ἄρον: Syris, Lupha: Arabibus, Iarus, ſiue Sara. Officinis, Aron, Barba Aaron, Dragontea minor, ſiue Serpētaria minor: Italis Aro, ſiue Gigaro: Germanis, Aron, ſiue Kleyn natter vvurtz: Hiſpanis, Yaro: Gallis, Vit de Chien.

Locus, ex Matthiolo.



Frequentiſſimum prouenit in campeſtribus, vineis, ſcrobium marginibus, ſemitis propter ſepes, & in maritimis.

Qualitates.

Gal.li.11. ſimp. me.

Terrena conſtat eſſentia, ſed calida: proinde extergendi vim obtinet, verum nō ita valentem ſicut Dracontium. Eſt itaque in exiccando & calefaciendo primi ordinis.

Ex Fuchſio.

Arum noſtrum calidum eſt & ſiccum tertio ordine: idque indicat vehemens eius acrimonia.

Ariſa

Arisarum primum.



Locus ex Matthiolo.

Plurimum naſcitur in agro Romano, non longè ab Vrbe.

Qualitates.

Acrius eſt Aro. Gale. li. 6. ſimp. me.

Ariſa

Arisarum alterum.



Locus.

Nascitur in vmbrosis.

Qualitates.

Huc refer prioris Arisari historiam.

Asphode

Asphodelus, siue, Hastula Regia: Græcis, ἀσφόδελος, Arabibus, Cheunce, Bhunte, Biruach, Abg, seu, Axeras: Italis, Asphodelo, Amphodillo, siue, Hastula Regia: Germanis, Gold vvurtz, siue, Heidnisch: Hispanis, Gamones, Gamonites: Gallis, Afrodilles.

Locus ex Matthiolo.



Montes syluosos amat.

Qualitates.

Asphodeli radix vtilis est sicut Ari, Arisari, & Dracontij, nempe extergentis & discutientis facultatis. Vsta autem cinis calidior & exiccantior, subtiliórque, ac digerere potẽtior efficitur: proinde & Alopecias sanat.*

Gal. li. 6. simp me.

*quidam legunt, Asari.

Scilla

Scilla, Varroni, Squilla: Græcis, σκίλλα: Arabibus, Haſpel, Hanſel, Aſchil, ſiue Alaſchil: Officinis, Squilla, ſiue Scilla: Italis, Squilla: Germanis, Meer zvvibel: Hiſpanis, Cebolla albatrana: Gallis, Squille, Stipoulle, Charpentaire, ſiue Oignon marin.

Locus, ex Matthiolo.



Innumeræ oriũtur in Hiſpaniæ maritimis.

Ex Fuchſio.

Seruntur vbique, vt Allia & Cæpæ.


Qualitates.

Gale.li.8. ſim.me.

Admodum incidẽtem facultatem obtinet, non tamen admodũ calidam. Secundi tamen eſt ordinis ex calfaciẽtium. Præſtat autem aſſam vel elixam ſumere, ad exoluendam eius vehementiam.

Capparis,

Capparis, Latinis, & Græcis: Arabibus verò Cappar, ſiue Kappar: Italis Capparo: Germanis, Kappren: Hiſpanis, Alcaparras: Gallis, Cappres.



Locus.

Tenui plerunque ſolo, aſperiſque locis, in inſulis, & iuxta rudera naſcitur.

Dioſc. li. 2. cap. 169.

Qualitates.

Capparis radicis cortex vincentem habet qualitatem amaram: proximam acrē: deinde acerbam. Conſtat ergo ex pugnātibus & diuerſis facultatibus. Incidit enim, purgat, & abſtergit amaritudine: excalfacit autem, incidit, & digerit acrimonia: porrò contrahit, denſat, & conſtringit acerbitate. Abſtergit item, nec ſegniter deſiccat. Fructu vtimur vt medicamento magis quàm vt alimento.

Gale. li. 7. ſimpl. medica.

Lepidium Dioſcoridis.




Nomenclaturam, locum, & qualitates, vide in hiſtoria Iberidis.

Lepidium

Lepidium Pauli Aeginetæ, & Plinij: Officinis, Piperitis maior: Italis, Piperella: Gallis, Passe rage, Chasse rage, siue, Poyurée.

Pli. li. 19. cap. 8.



Locus ex Fuchsio.

Seritur in hortis, et in multos annos perẽnat.

Qualitates ex eodem.

Excalfacit, ut Nasturtium, in quarto ordine: nõ tamen attingit tertiũ siccitatis gradũ. Huc etiam refer omnem Iberidis historiam.

Ranunculus primus: Græcis, βατράχιον: Italis, Ranunculo: Germanis, Hanen fuosz: Hiſpanis, Hyerua belida: Gallis, Grenoillette, ſiue Baſſinetz.

Locus ex Fuchſio.

Dioſc. li. 2. cap. 171.



Riguis gaudet & opacis, lætiſque pratis, & humidis. Item, naſcitur in limitibus humidis.

Qualitates.

Gal. lib. 6. ſimp. me.

Omnes Ranunculi vehementer acrem facultatem poſſident, adeò vt cum dolore exulcerent. Radix arefacta, ſternutatorium eſt medicamentum, ſimiliter alijs omnibus quæ valenter deſiccant. In ſumma, calida & ſicca valde eſt tum radix, tum vniuerſa adeo herba. Radix ſicca frangit dentes valenti exiccatione.

Ranun

Ranunculus ſecundus, Apium riſus, ſiue Herba Sardonia, aut Sardoa, Salluſtio, Plinio verò, Apiaſtrum.

Plin. libr. 20. ca. 11.



Locus ex Fuchſio.

Riguis & fontium ſcaturiginibus gaudet.

Ex Dioſcoride.

Plurimum in Sardinia prouenit.

Dio. li. 2. cap. 171.

Qualitates.

Venenatam vim ſortitur: cæterà Ranunculo ſimilis.

Tertius Ranunculus: Gallis, Baſſinetz.



Locus ex Fuchſio.

Naſcitur temerè in Pratis, & Campeſtribus.

Qualitates.

Huc refer omnem Ranunculi hiſtoriam.

Ranun

Ranunculus quartus: Germanis, Vveisz Vvalt thendlin: Gallis, Grenoillette blanche: Italis, Pie Coruino.



Locus ex Fuchsio.

Syluosis gaudet, & opacis.

Qualitates.

Eiusdem est temperatura, cuius Ranunculus.

Ranunculus quintus: Italis, Pie di Gallo: Germanis, Druosz vvurtz: Gallis, Piepou.



Locus, ex Fuchsio.


Nascitur in Campestribus, & Pratis.

Qualitates ex Matthiolo.

Radix acris est & exulcerans: folia item septica sunt.

Anem

Anemone: Græcis, ἀνεμώνη: Arabibus, Iackaik alnahamen, siue, Sakaık anhea-men: Italis, Anemone: Germanis, Anemoner roeszlin: Gallis, Passefleur.



Locus. *In Aruis sæpius enascitur: seritur tamen hodie in hortis ad Coronas.*

Dio. li. 2. cap. 172.

Qualitates. *Anemonæ omnes acrem extergēdi, attrahendi, & ora vasorum reserandi facultatem obtinent. Radix commansa pituitam euocat: & succus ex naribus purgat.*

Gal. li. 6. sim. me.

Anemone altera : Gallis, ſeconde eſpece de Paſſe fleur.



Locus, Qualitates.

Huc refer omnem Anemones hiſtoriam.

Pulſ

Pulſatilla: Germanis Ruchenschell.



Locus.

Seritur hodie ad Coronas.

Qualitates, ex Matthiolo.

Folia ſapore ſunt perquàm acri, adeò vt nõ minus exulcerent quàm Ranunculus, & Flã mula. Radicis ſapor ſubdulcis, non autẽ acris, veluti foliꝭs & caulibus. Hanc miris laudibus efferunt contra peſtilentiam & hauſta venena, itemq́ cõtra venenoſorũ morſus & ictus.

Anag

Anagallis mas, siue. Morsus Gallinæ: Græcis, ἀναγαλλίς: Italis, Anagallide: Germanis, Gauch heyl: Hispanis, Muruges: Gallis, Morgeline, siue, Mouron à fleurs rouges.



Locus ex Fuchsio.

Nascitur vbique, maximè in læto, solo.

Qualitates.

Gal. li. 6. simp. me.


Anagallides extergunt valenter: habentq; quendam calorem attractoriũ: ita vt infixos aculeos attrahant. Desiccãt citra mordicationẽ: & glutinatoriæ sunt. Succus ex naribus purgat.

Ex Fuchsio.

Calidæ sunt & siccæ: detergent enim cutem illitæ.

Anag

Anagallis fœmina: Gallis, Mouron bleu.



Locum & Qualitates vide in hiſtoria Anagallidis maſculæ.

Morſus

Morſus Diaboli, aut Succiſa.



Locus ex Matthiolo.

Prouenit in incultis, in ſaltibus, pratis, et dumetis.


Qualitates. ex eodem.

Herba viridis trita et imposita, carbunculis peſtiferis præſenti remedio eſt: aut ſi vinum, in quo decocta fuerit, bibatur. Radix, per ſe eſtur, aut eius decocti vinū vtiliter bibitur ad peſtilentem auram arcendam, & ad vteri dolores. Calidæ, & ſiccæ eſt facultatis. Siccatæ puluis valet ad tineas alui necandas. Radix illita ſugillata emendat.

Hedera

Hedera Helix: Græcis, κισσὸς: Arabibus, Cuſſus: Italis, Hedera: Germanis, Mavver, Ephevvbaum, Ephevv, ſiue, Ebich: Hiſpanis, Edera, ſiue, Era: Gallis, Terreſtre, ſiue, Lyerre.

Locus, ex Fuchſio.



Naſcitur temerè in ſyluoſis, ſcanditq́ue arbores, et humi repit.

Qualitates.

Gal. lib. 7. ſim. me.

Hedera ex cõtrarijs compoſita eſt facultatibus: habet enim quiddã adſtringentis ſubſtãtiæ, quã terrenam & frigidam eſſe cõſtat. Habet item nonnihil acris: quã calidam eſſe vel guſtus comprobat. Aqueam præterea ſubſtantiam quandam tepidam obtinet, certe ſi viridis ſit. Siquidem arefacta hæc prima exhalet neceſſe eſt: manetq́ue, quæ terrea & frigida eſt, adſtringens: & ea quæ calida, & acris.

Hedera

Hedera arborea: Gallis, Lyerre se tenant en pied comme vn Arbre.



Dio. li.2. cap.175.

Locus ex Fuchsio.

Humidis gaudet & parietinis.


Qualitates.

Hedera omnis acris est, & adstringens. Lacryma autem psylothrum est. Vide historiam Hederæ Helicis.

Cheli

Chelidonium maius: Græcis, χελιδόνιον μέγα: Arabibus, Kauroch, Chalidunium, Chilodomontoma, seu Memirã: Italis, Celidonia: Germanis, Schel vvurtz, siue Schelkraut: Hispanis, Celiduenha, siue Yerua de las golundrinhas: Gallis, Chelidoine, Esclere, siue Felongne.

Locus ex Matthiolo.



Fructicat propter sepes in scrobium ripis, secus vias, inter rudera, & in ædificiorum ruinis, seu parietinis.

Qualitates.

Gale. li. 8. simp. medica.

Extergentis admodum & calidæ facultatis est: Succus eius ad acuendũ visum commodus est: vtique in quibus crassum quiddam in pupilla colligitur, digestione indigens.

Ex Fuchsio.

Calfacit & desiccat tertio ordine completo.

Chelidonium minus, Triticum syluestre, siue Scrofularia minor: Græcis, χελιδόνιον μικρὸν: Arabibus, Memiten, seu Chilodomon: Italis, Celidonia minore, seu Fauoscello: Germanis Feigvvartzen Blanterkraut, Pfaffenhoëdlin, & Meienkraut: Hispanis, Scrofularia menor: Gallis, Couillons de Prestres, siue Petite Esclere.

Dios. li. 2. cap. 177.

Locus.

Iuxta aquas & Lacus nascitur.



Qualitates.

Gal. li. 8. simpl. medica.

Chelidonium minus, cùm acrius sit maiore, celeriter illitum cutem exulcerat, & unguésque scabros eÿcit. Succus eius per nares purgat, ut pote admodum acer. Itaque quarti est ordinis calefacientium, & desiccantium. Ex Fuchsio.

Nullam habet euidentē acrimoniā nostrum Chelidonium: modò nō germinet in loco arido.

Aqui

Aquilegia, Aquilina, quibusdam, Chelidonium maius: Italis, Aquilina: Germanis, Ackeley: Gallis, Ancholies.

Locus ex Fuchsio.



Seritur ad coronas, in hortis. Sponte tamen nascitur in pratis vliginosis, montibus syluosis, et inter saxa & fruteta: aquamque perennem subesse vbicunque deprehendatur Aquileges dicunt.

Qualitates ex eodem.

Gustu aliquatenus dulcis est: itáque vim moderatè calfaciendi & digerendi obtinet.

Auricula muris: Græcis, *μυὸς ὦτα, ἢ, μυὸς ὠτίον*: Italis, Orecchia di topo: Germanis, Vvaldt mangolt mit blauuen bluomen: Hispanis: Oreya de raton, Yerua: Gallis, Oreil le de rat, ſiue Eſpece de Mouron.



Locus ex Matthiolo.

Viret in Pratis, in Campis, in hortis, ſecus vias, & vbique ferè locorum,

Qualitates.

Gale. li. 7. ſimpl. medica.

Auricula muris, deſiccat ordine ſecundo: cæterum nullam euidentē caliditatem poßidet.

Gla

Glastum, siue Isatis satiua: Græcis, ἰσάτις ἥμερος: Arabibus, Dili, Dileg, Vesme, Chate, Alchat, Adlen, Adhlen, seu Nil: Italis, Isatide, Glasto, seu Guado: Germanis, Vveidt: Hispanis, Pastel: Gallis, Guede, seu Pastel.

Locus.



Seritur in Gallia Narbonensi, magno prouentu: & in Germania ad Erdfordiam.

Qualitates.


Isatis satiua, qua vtuntur tinctores, facultatis est valenter exiccantis, nondum tamen mordentis: est enim simul amara atque adstringens.

Gal.li. 6. simp. medica.

Ex Matthiolo.

Fit ex Isatide Pictorum Indicum.

Isatis syluestris: Græcis, ἰσάτις ἀγρία: Gallis, Pastel sauuage, Italis, Guado saluatico: Germanis, Vvaldt vveidt.



Locus ex Fuchsio.

Nascitur in vinetis propè Tubingam, & in pluribus Germaniæ locis.

Galе. li. 6. simpl. medica.

Qualitates.

Isatis syluestris manifestè iam acre quiddam tum gustu tum actione præfert. Proinde quàm satiua valentius desiccat, valentius etiam humidis putredinibus obsistit.

Tele

Telephium, Fabaria, Faba inuerſa, Illecebra, Craſſula minor, ſiue Faba craſſa: Græcis, τηλέφιον, ἢ ἀίζωον ἀγρίον: Italis, Faba graſſa: Gallis, Repriſe, Ioubarbe des vignes, Feue eſpeſſe, ſiue Chicotrin.



Locus.

Naſcitur in cultis, & maximè inter vites.

Dio. li.2. cap. vlt.

Qualitates.

Telephium exiccandi & detergendi facultate eſt, non tamen inſigniter calida, verùm in hoc forſan quiſpiam ipſum primi eſſe ordinis cenſeat. Deſiccat tamen ſecundo ordine intenſo, aut certe principio tertij.

Gal. li. 8. ſimpl.medica.

Ex Matthiolo.

Iſtas qualitates non reperies in noſtrate Fabaria, & ſi notis omnibus ad Telephij hiſtoriam accedat.

Agaricum, Latinis, & Græcis, Arabibus verò, Garichum, ſeu Garicum: Italis, Agarico: Germanis, Dannen ſchvvan: Hiſpanis Agarico: Gallis, Agaric.

Locus.

Dioſ. li. 3. cap. 1.



Naſcitur in arborum caudicibus, quadam putredine.

Ex Matthiolo.

Gignitur in Laricum caudicibus.

Qualitates.

Gal. li. 6. ſim. me.


Primo guſtu dulce, ſed paulopoſt ſubamarum apparet: & acrimoniæ quandam ſpeciem temporis ſpatio inducit, leuiculæq; adſtrictionis. Eſt et conſiſtentia laxa. Conſtat ergo ex ſubſtantia aërea, & terrea à caliditate extenuata: maximúmque habet ſubſtantiæ aqueæ. Hac ratione digerendi, & calfaciendi vim habet, & craßitudinem incidendi, tum infarctus viſcerum expurgandi.

Gentia

Gentiana: Græcis, γεντιανή: Arabibus, Gentiana, Genthiana Baſilica, ſiue Baſateca: Italis, Gentiana: Germanis, Entzian, Bitter vvutz, ſiue Creutz vvurtz: Hiſpanis, Gentiana: Gallis, Gentienne.

Locus.

Dioſ. li. 3. cap. 3.



Naſcitur in ſublimibus montium iugis, vmbroſis locis, aquoſiſque.

Qualitates.


Gal. li. 6. ſim. me.

Radix valde efficax eſt, vbi extenuatione, purgatione, abſterſione, obſtructionis liberatione opus ſit. Nec mirum, cùm impenſè ſit amara.

Ex Auicenna.

Excalfacit ordine tertio, ſiccátque ſecundo.

Cruciata, ſiue Gentiana minor: Italis, Pettinborſa.



Locus ex Matthiolo.

In incultis præcipuè locis naſcitur.

Qualitates ex eodem.

Eadem præſtat quæ Gentiana. Radix pollet contra venenatorum ictus, & peſtilentiā.

Ariſto

Ariſtolochia rotunda: Græcis, ἀριστολοχία: Arabibus, Zaraund, Maſmocra, ſiue Zaraued: Officinis, Ariſtologia: Italis, Ariſtolochia: Germanis, Oſter lutei: Hiſpanis, Aſtronomia: Gallis, Sarrazine ronde, ſiue Ariſto logie ronde.

Locus ex Plinio.

Pli.li.25. cap.8.



Pinguibus locis & cápeſtribus gaudet.

Ex Matthiolo.

Plurima naſcitur in agro Goritienſi, quanquam non vbique proueniat.

Qualitates.

Gale.li.6. ſimp.medica.

Radix amara eſt & ſubacris. Rotunda ad omnia eſt efficacior. Quæ Clematites appellatur, fragrantior eſt, & ad ſanationes infirmior. Rotunda craſſos humores extenuat.

Ex Fuchſio.

Ex amaritudine & acrimonia quam poſſident, cenſentur calida & ſicca in ſecundo ordine intenſo, vel etiá in tertio inchoante. Ari

Ariſtolochia longa, ſeu, Piſtolochia Plinij: Gallis, Foterle, Rattelou, ſiue Sarrazine longue: Italis, Ariſtolochia longa: Germanis, Hol vvurtz.

Plin. libr. 25. ca. 8.

Locus ex Plinio.

ſuprà eo.



Naſcitur in pinguibus locis, & Campeſtribus.

Ex Fuchſio.

Inuenitur vbiq; ferè, maximè in vineis, & ſcrobium marginibus.

Gale. li. 6. ſimp. me.

Qualitates.

Minus tenuitatis obtinet quàm rotunda. Abſtergendi atque excalfaciendi potentiam poßidet: minus tamen abſtergit ac digerit quam rotunda: ſed non minus calefacit, imò etiam plus, modicéque abſtergit. Vide hiſtoriam Ariſtolochiæ rotundæ.

D ulcis

Dulcis radix, siue, Liquiritia: Græcis, γλυκύῤῥιζα: Arabibus, Sus: Italis, Regolitia: Germanis, Leckritz, siue, Sueszholtz: Hispanis, Regaliza: Gallis, Reclisse, Erculisse, seu Reygallisse.

Locus ex Matthiolo.



Abundat hac Apulia, præsertim Gargano monte. Visitur etiamnum in Viridariis ad spectaculū, & ad medicinam sata.

Qualitates.

Natura eius familiaris est temperaturæ nostræ, Temperamentum eius, quantùm ex caliditate & adstrictione est, tepidum est potius quàm temperatum. Cæterum modicè est humidum, & humana natura frigidius.

Gal. li. 6. simpl. medica.

Centau

Centaurium maius, siue, Officinarum Reuponticum: Græcis κενταύριον μέγα: Arabibus, Chanturion, Kibir, Sacurion habre, siue Canthurium.

Dio. li.3. cap.6.



Locus.

Amat solum pingue et apricum, ac syluas & colles.

Ex Matthiolo.

Numerosum nascitur in Gargano Apuliæ monte, & in monte Baldo in agro Veronensi, ad lacum Benacum.

Qualitates.

Gal. lib.7. simpl. medica.

Radix sicut gustu contrarias qualitates, ita in vsu contrarios effectus demonstrat. Gustu itaque acris simul adstringensque apparet, cum leuicula quadam dulcedine. In actionibus, acrimonia quidem caliditatis, adstrictio verò crassæ, terrenæque frigiditatis opera demonstrat. Succus eadem quæ radix efficit.

Cen

Centaurium minus, Fel terræ, siue Febri fuga: Græcis, κεν]αύριον μικρόν: Arabibus, Chanturion sege, & Segir, seu, Katarion sages: Italis, Centaurea minore: Germanis, Tausent gulden Kraut, Fieber Kraut, Erdt gall, seu, Biber, Kraut: Hispanis, Fel de tierra: Gallis, Repeyret, Fiel de terre, Centaurée, siue, Chante poulet.



Locus.

Rigua amat loca. Diosc.li.3. cap.7.

Ex Apuleio.

Firmum solum amat.

Qualitates.

Radix inefficax est. In foliis & floribus vincit qualitas amara, paululum habens adstrictionis. Atque ob eiusmodi temperamentum admodum desiccatorium est medicamentum, expers mordacitatis. Succus earum abstergit & desiccat. Gale.li.7. simp.me.

Chamæ

Chamæleon albus, Ixia, Carduus Suarius, aut Varius, siue Cardopatium: Græcis, χαμαιλέων λευκός: Arabibus, Chemeleon leute, siue, Chamalium: Italis, Carlina: Germanis, Vveisz eber vvurtz: Hispanis, Cardo pinto: Gallis, Carline, siue, Chameleon blanc.

Locus ex Fuchsio.

Dios li. 3. cap. 8.



Nascitur in siccioribus mōtium & Collium locis, & minus herbidis.

Qualitates ex eodem.

Radix calfacit secundo ordine, & desiccat tertio.

Chamæ

Chameleon niger, Carduus niger, aut vernilagium: Græcis χαμαιλέων μέλας: Arabibus, Chemeleon Melamos: Italis, Cameleone nero, Germanis, Schvvartz ebervvurtz: Hiſpanis, Cardo pinto: Gallis, Chardonnette.

Locus.



Prouenit in Campeſtribus ſiccis, & cliuoſis tractibus, & maritimis. Dioſ. li. 3. cap. 9.

Ex Theophraſto.


Loca gelida humidáque amat. Theo. de nat. plát. li. 9. c. 13.

Qualitates, ex Fuchſio.

Radix deſiccat tertio receſſu: & excalfacit in fine ſecundi.

Dipſacus, Labrum Veneris, Carduus Veneris, Virga Paſtoris maior, ſiue, Cardo Fullonum: Græcis, Δίψακος: Arabibus, Dibſacos: Italis, Cardo da cardare, ſiue Garzo: Germanis, Karten diſtel, Garden kraut, Burbenſtrel, ſeu Vveber karten: Hiſpanis, Cardencha, ſeu Cardo penteador: Gallis, Chardon à carder.

Locus ex Matthiolo.



Seritur ſingulari diligentia. Sponte etiam naſcitur in campeſtribus, agrorum & ſcrobium aggeribus & in viis iuxta ſepes.

Qualitates.

Gal. li. 6 ſimp. me.

Radix ſecundo ordine exiccatoria eſt habétque non nihil abſterſorium.

Virga

Virga Paſtoris minor.



Locus ex Matthiolo.

Iiſdem ferè locis naſcitur quibus Dipſacus.

Qualitates.

Huc refer omnem Dipſaci hiſtoriam.

Spina alba: Græcis, *ἄκανθα λουκὴ*: Arabibus & Officinis, Bedeguar: Italis, Spina bianca: Germanis, Vveiſz Gartten Diſteln: Gallis, Eſpine blanche.



Locus.

Dioſc. li. 3. cap. 12.

Naſcitur in montibus, & ſyluoſis.

Ex Matthiolo.

Seritur in hortis.

Qualitates.

Gal. li. 6. ſimpl. medica.

Radix deſiccatoria eſt, & modicè adſtringens. Semen tenuis eſſentiæ, & calidæ facultatis eſt.

Acan

Acanthus, Acantha, Pæderota, Marmoraria, ſiue, Branca vrſina: Græcis, ἄκανθος: Italis, Branca Orſina: Germanis, Beren klavv: Hiſpanis, Yerua giguante, ſiue, Branqua vrſina: Gallis, Branque vrſine.



Locus.

Naſcitur in hortis, petroſis, & riguis,

Qualitates.

Folia mediocriter digerentem facultatem obtinent: at radix exiccatoria eſt, & leuiter inciſoria, & tenuium partium.

Dioſ. li. 3. cap. 17. Gale. li. 6. ſimpl. medica,

Anonis, Ononis, Remora aratri, Acutella, siue, Resta Bouis: Græcis, ἀνωνίς, ὀνωνίς: Italis, Bonaga: Germanis. Havvhechel, siue, Stallkraut: Hispanis, Gatillos, siue, Gathinos: Gallis, Arreste beuf, Bugraues, seu Bugrundes.



Locus, ex Matthiolo.

Nascitur in pratis, cultis, & incultis locis, arido præsertim solo.

Qualitates.

Gal. li.8. sim. me.

Radix tertio quadante nus ordine excalfacit. Cortex eius habet quidpiam abstersorium, & incisorium.

Alba

Alba ſpina, ſiue, Lactaria: Græcis, λευκάκανθα: Italis, Cardo di ſancta Maria: Germanis, Marien Diſtel: Gallis, Chardon noſtre Dame.



Locus, ex Matthiolo.

In Aruis, & campeſtri planicie naſcitur.

Qualitates.

Radix amara eſt: proinde incidit & exiccat tertio ordine: in calfaciendo autem ex primo eſt ordine.

Gal. li.7. ſim. me.

Tragacantha, Latinis & Græcis: Arabibus, Chitira, Itica, Chatheth, Alcuted, ſeu, Alchathad: Italis, Draganta: Germanis, Dragant: Hiſpanis, Alquetira: Gallis, Draganta.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in Gargano Monte Apuliæ.

Qualitates.

Gal. li. 8. ſim. me.

Tragacantha ſimilem gummi vim obtinet, emplaſticam quãdam, & acrimoniam hebetiorem (legunt aliqui, quæ acrimoniam obtundit) & ſanè ſimiliter illi deſiccat.

Eryng

Eryngium, Erynge Plinio: quibusdam, Centum capita: Græcis, ἠρύγγιον: Officinis, Iringus: Italis, Eringio, seu, Iringo: Germanis, Brachen distel, siue, Manstrevv: Hispanis, Cardo corredor: Gallis, Panicault, seu, Eryngium.



Locus.

Nascitur in asperis, et campestribus.

Dioscor. lib. 3. cap. 21.

Qualitates.

Eryngium caliditate quidem aut parum, aut nihil quæ temperata sunt superat. Siccitatẽ verò in tenui essentia consistentem, non paruam obtinet.

Gal. li. 6. sim. me.

Eryngium Marinum, falsò Crocodilium dictum.



Locus ex Plinio.

Pli.li. 22. cap. 7.


Nascitur in littoribus maris.

Qualitates ex eodem.

Valet aduersus venenata: cætera Eryngio simile.

Aloë

Aloë Latinis, & Græcis: Arabibus, Saber, Paber, ſeu, Sabar: Italis, Aloë: Germanis, Alepatic, ſiue, Bitter Aloës: Hiſpanis, Yerua baboſa: Gallis, Aloës, Parroquet, ſeu, Ioubarbe de Mer.



Locus.

Dio. li. 3. cap. 22.

Plurima in India gignitur. Naſcitur etiã in Aſia & Arabia in locis quibuſdã maritimis, & in inſulis.

Ex Matthiol.

Fouetur ad ſpectaculũ in fictilibus vaſis.

Qualitates.

Gale. li. 6. ſimp. me.

Multiplicis eſt naturæ: adſtringit enim mediocriter guſtu, ſed vehementer amara eſt. Succus eius deſiccat abſque mordicatione. Tertij eſt ergo ordinis exiccantium: calfacientium autem primi intenſi, aut ſecũdi exoluti.

Opun

Opuntia Plinii, seu, Ficus Indica.



li.21.c.17.

Locus, ex Plinio.


Huius folio tantùm plãtato radices fiunt: fouetur q; ad spectaculum figulinis.

Qualitates ex eodem.

Homini dulcis.

Abſinthiũ, Latinis, & Græcis: Arabibus, Affinthiũ: Italis, Affenzo: Germanis, Vvermuot, aut, Eltz: Hiſpanis, Aſentios, ſiue, Alosna. Gallis, Aluyne, Fort, ſeu, Ablynce.

Locus ex Apuleio. Dioſ. li. 3. cap. 23.



Non ſolùm cultis gaudet: ſed & Montibus, & locis ſaxoſis.

Qualitates. Gal. li. 6. ſim. me.

Adſtrictoriam, amarã, & acrem ſimul qualitatem poßidet, excalfaciẽs pariter et extergens, roborãs, & deſiccans, Magis tamen calfacit quã refrigeret, propter acrimoniam: Vt ſit calidum primo exceſſu, & ſiccum tertio. Succus herba ipſa calidior eſt.

Abſin

Abſinthium marinum, ſiue, Seriphium: Italis, Aſſenzo marino: Gallis, Petit Fort.



Locus ex Matthiolo.

Frequentiſsimum eſt in Maris Littoribus.

Gal. li. 8. ſim. me.

Qualitates.

Specie & guſtu Abſynthio ſimile eſt: inde igitur qualitates ipſius conijcito.

Abro

Abrotonum mas: Græcis, ἀβρότονον: Arabibus, Catſum, Keſum, ſiue, Gaiſſum: Italis, Abrotano, ſeu Veronica: Germanis, Stabvvertz, Scheszvvertz, ſeu, Gert vvurtz: Hiſpanis, Abrotano, & Hyerua Lombriguera: Gallis, Auronne, ſeu, Brotonne.

Locus ex Matthiolo.



Seritur, & ſponte naſcitur in campeſtribus.

Qualitates. Gale. li. 6. ſimi. me.

Calidum & ſiccum facultate in tertio ordine, poſt media, ſitum eſt: Itaq; nō inſtrenuè calfacit, et deſiccat, imò etiā vlcerat. Digerendi et incidēdi vim etiam quandam habet, rarefaciendi, & mordendi: tenuium enim eſt partium.

Abro

Abrotonum fœmina: Italis, Cipreſſo, ſiue, Santolina. Germanis, Garten Cypresz: Gallis, Cyprés, ſiue, Garderobbe.



Locus ex Fuchſio.


Pingue ſolum & lentum amat: Seritur etiam in hortis.

Qualitates ex Fuchſio.

Ex guſtu acri, amaro, & aliquatenus acerbo conijcitur deſiccare abſq; calore manifeſto. Cætera Abrotano Maſculo ſimile.

Hiſſop

Hiſſopum, ſeu Hiſſopus Latinis, & Græcis: Arabibus, Cyfe, Infa, ſiue Iabes: Italis, Yſopo: Germanis, Firch, Hyſſop, ſeu oſter Hiſſop: Hiſpanis, Hiſopo Yerua, ſeu Hiſſopillo yerua: Gallis, Yſope.



Locus.

Montanum eſt, & hortenſe. Dio. lib. 3. cap. 26.

Qualitates.

Deſiccat & excalfacit ordine tertio: ſed & tenuium eſt partium. Gale. li. 8. ſimpl. medica.

Ex Meſue.

Facit ad pituitoſos tum cerebri, tum neruorum affectus, pituitam enim manifeſto experimento purgat.

Gratiola, siue Gratia Dei: Foroiulien-
sibus, Stanca Cauallo.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in locis humidis, præcipuè in pratis Vliginosis: prouenítque in Paluſtribus.

Qualitates ex eodem.

Vulneraria eſt, amariſsima guſtu, & quadamtenus aſtringens. Bilem pituitámque tam ſicca, quàm recens, abundè trahit, & aluum Vehementer purgat.

Stœcas: Græcis, στοιχὰς: Arabibus, Astocodos, Astuhorados, seu Astuchudes: Officinis, Sticados Arabica: Italis, Stecade: Germanis, Sticas Kraut: Hispanis, Cantuesso: Gallis, Steçados.



Locus.

Nascitur iuxta Galliam, in Insulis eiusdem nominis è regione Massiliæ. Diosc. li. 3. cap. 27.

Ex Matthiolo.

Arabiæ germana est: & ex Alexandria Aegypti comportatur Venetias. Nascitur etiam in Gargano Apuliæ Mõte.

Qualitates.

Gustu amara est, & mediocriter subadstringens. Constat autem essentia terrena frigida exigua, vnde adstringit: & ex attenuata altera copiosiore, à qua vtique amara est. Cæterum obstructiones expedit. Gale. li. 8. simp. medica.

Origanum Heracleoticum, siue Cunila: Græcis, ὀρίγανος: Arabibus, Fandenegi, Fudenegi, siue Faudenegi.



Locus ex Matthiolo.

Exoticum est, & Cretensibus germanum.

Qualitates.

Gal. li.8. simp. medica.

Origanus Heracleotica efficacior est Onitide: sed agrestis valentior vtraque est. Omnes vero incidendi, extenuandi, calfaciendique facultatem possident, hásque tertio excessu obtinent.

Origa

Origanum Onitis.



Locus ex Matthiolo.

Exoticum est, & Cretensibus familiare.

Qualitates.

Huc refer omnem Heracleotici Origani historiam.

Origanum ſylueſtre, ſiue Origanum Offi cinarum: Italis, Origano: Germanis, Vvolgemuot, Rottdoſten, ſiue Coſtentz: Hiſpanis, Oreganos: Gallis, Mariolaine d'Angleterre, ſeu, Origan.



Locus ex Matthiolo.


Sponte naſcitur in Campeſtribus, aſperis, clinoſiſque locis, & Montibus: ſed & gaudet ſepibus, & dumetis.

Qualitates ex Galeno.

Huc refer omnem Heracleotici Origani hiſtoriam.

Trago

Tragoriganum: Gallis, Groſſe Mariolaine baſtarde.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur frequens in Agro Foroiulienſi. Sed & hodie viſitur in hortis.

Qualitates.

Tragoriganum aſſumpſit adſtrictionis quidpiam: cætera Origano ſimile.

Gal. li. 8. ſimpl. medica.

Pulegium: Græcis, γλήχων: Arabibus, Alnam, Alnegen, ſeu Aluegen: Italis, Pulegio: Germanis, Poley, ſiue Hertz poley: Hiſpanis, Poleyo: Gallis, Pouliot, ſeu Pillolet.



Locus ex Fuchſio, & Matthiolo.


Naſcitur in cultis, & aquoſis: fouetúrque in hortis, & fictilibus.

Qualitates.

Gale. li. 6. ſimp. me. *Acre & ſubamarum eſt: itaque valde tum calfacit, tum extenuat. Rubrificat quoque, et vlcerat: & humida, craſſa, & lenta ex Thorace euocat.*

Dictam

Dictamnum: Græcis, Δίκταμνος: Arabibus, Mescatremesir, Alnegem Araba, siue Bary: Germanis, Diptam, seu Vvilden poley: Hispanis, Dittamo real: Italis, Dittamo: Gallis, Diptam.



Locus.

Proprium est Cretæ Insulæ, & rara admodum herba est: amátque solum asperum.


Theoph. de natu. plāt. li. 9. cap. 26.

Qualitates.

Dictamnum tenuiore essentia constat, quàm Pulegium: cæterà illi simile.

Gal. li. 6. sim. me.

Pſeudo Dictamnum.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in quibuſdam Hetruriæ montibus.

Qualitates.

Gal. li. 6. ſim. me. *Pſeudo Dictamnum ad omnia imbecillius Dictamno eſt.*

Saluia

Saluia maior, siue Saluia Mascula, & hortensis, Theophrasto, Sphacelus: Græcis, ἐλελίσφακος: Arabibus, Aelisfacos, seu, Elisphacos: Italis, Saluia maggiore: Germanis, Grosz salbey: Hispanis, Saluia, siue, Salua: Gallis, Grosse Sauge.

Theo. de na. plan. li.6.ca.2.

Locus, ex Matthiolo.



In Campestribus, asperis, incultis, & montibus prouenit: sed & cicuratur in hortis.

Diosc. li.3. cap.34.

Qualitates.

Temperamento est euidenter excalfaciente, & leniter adstringente.

Gal. lib.6. simp.me.

Saluia

Saluia minor, siue, Saluia Fœmina, aut agrestis: Gallis, Petite Sauge.



Locus ex Matthiolo.

Asperis & saxosis gaudet: sed & seritur in hortis.


Qualitates.

Habita proportione syluestrium ad satiuas, similis est saluiæ masculæ.

Mentha:

Mentha: Græcis, ἡδύοσμος: Arabibus, Nahanaha: Italis, Menta: Germanis, Muntz.: Hiſpanis, Yerua buena & ortelana: Gallis, Mente.

Locus ex Fuchſio.



Seritur vbique in hortis. Fimum odit, & inſolato loco gaudet, quanquã magis fructicet in humido.

Qualitates.

Guſtu acris, & facultate calida eſt, ex tertio ordine calfaciẽtium: obq; eam quæ ex cultu accedit humiditatem, mediocriter ad Venerem excitat. Deſiccat ſecundo ordine. Gal. li.6. ſimp. me.

Mentha

Mentha altera, nil differt à priore: proinde ex illa, ſumito de hac iudicium.



Menthaſtrum

Menthaſtrum, ſiue, Mentha ſylueſtris, quibuſdam, Minthe non odorata.



Locus ex Fuchſio.

Lætis gaudet & riguis.

Qualitates.

Acrior eſt & magis calida quàm Mentha, & magis deſiccat. Habet etiam quiddam amarum in ſe, & acerbum. Subſtantia eſt tenuium partium, ſi qua alia eſt herba.

Gale.li.6. ſimp.me.

Mentha

Mentha Græca, Menta Matronalis, Saluia Romana, Herba Diuæ Mariæ, ſiue Lasſulata: Germanis, Vnſer fravven Muntz: Gallis, Mente Noſtre Dame, ou Coq.

Locus, ex Matthiolo.



Seritur in hortis, eſtque Embemmatis familiaris.

Qualitates, ex Matthiolo.

Succus epotus lumbricos necat, frigido vtero ſubuenit ventriculúmq; roborat, tam hauſtus, quàm illitus, & vomitiones compeſcit. Herba infarctus expedit, & capiti robur addit, veneniſque ſerpentium reſiſtit.

Calamintha

Calamintha montana: Græcis, καλαμίνθη: Arabibus, & Officinis, Calamentum.

Locus ex Matthiolo.



Nascitur in excelsis montibus.

Dio. libr. 3. cap. 36.

Qualitates.

Essentia est tenui, & calida siccáq; temperie, ex tertio quodammodo ordine vtraq; qualitate. Gustu acris & palàm calida est ac paulùm omnino subamari habet. Imposita valde excalfacit, & mordicat, vlcerátque cutem. Intus assumpta, calfacit, & sudores ciet. Ad venenata etiam prodest: inciditque propter tenuitatem eius, calorem, & amaritudinem: & abstergit propter solam amaritudinem. Montana adhæc omnia efficacior est reliquis.

Gale. li. 7. simpl. medica.

Calamintha altera, seu Nepeta: Officinis, Calamentum communis vsus: Italis, Calamento, seu Nipotella: Germanis, Vvild poley: Hispanis la Neuada: Gallis, Calament commun, seu Pouliot sauuage.



Locus.

Diosc. li. 3. cap. 36. *Nascitur in campestribus, asperis, & aquosis.*

Qualitates.

Huc refer omnem Calamenti montani historiam.

Cala

Calamintha tertia, Menthastri ſpecies.



Locus.

Naſcitur in campeſtribus, aſperis, præſertimque in locis aquoſis. Dioſ. li. 3. cap. 36.

Qualitates.

Ad omnia inefficacior eſt montana: cæterà illi ſimilis.

Herba Cattorum: Italis, Gattaria, ſeu, Herba Gatta: Gallis, Herbe du Chat.



Locus ex Fuchſio.

Naſcitur in aquoſis.

Qualitates.

Ad Apiaſtrum potius accedit, quàm ad Pulegium, vel Calamentum.

Thymum

Thymum, Thymus, ſiue, Serpillum Romanum: Græcis, θύμος: Arabibus, Haſce: Italis, Thymo: Germanis, Romiſcher quendel, ſeu, Vvelſcher quendel: Hiſpanis, Tomillo ſalſero: Gallis, Thym, primme Mariolaine, ſiue Mariolaine de Languedoc.



Locus.

Gracili ſolo, & petroſo prouenit.

Qualitates.

Incidit, & calfacit manifeſtè: éſtque in calfaciendo & ſiccando in tertio ordine ſitum.

Dioſ. li. 3. cap. 37. Gale. li. 6. ſim. me.

Satureia, Thymbra, ſiue, Cunila: Græcis, θύμβρα: Arabibus, Sahater, ſeu, Shatar: Italis, Tymbra, Coniella, Sauoreggia, ſeu, Peuerella: Germanis, Kunel, Zvvibel yſop, ſeu, Saturey: Hiſpanis, Segurella: Gallis, Sauorée, & Sarriette.

Dioſ. li. 3. cap. 38.



Locus.

Gignitur in aſperis locis, et tenui ſolo: gaudet etiam ſabuloſis, ſeritúrque in hortis.

Qualitates. ex Aegineta.

Aegi. li. 7.

Syluestris eadem quæ Thymum præſtat: hortenſis autẽ imbecillior eſt, ſed ad ciborũ vſum accommodatior.

Ex Fuchſio.

Calfacit & deſiccat exceſſu tertio.

Serpyllum: Græcis, ἕρπυλλος: Arabibus, Hemen: Italis, Serpillo: Germanis Quédel, seu, Hueuer Koël: Hispanis, Serpollio, seu, Serpam: Gallis, Serpollet.

Locus, ex Matthiolo. Dios. li. 3. cap. 39.



Nascitur in petris, locisq; cliuosis. Seritur tamen in hortis magna diligẽtia: emacratumq; & tenue solum amat, modò siccum sit, & insolatum.

Qualitates.

Gal. li. 6. sim. me.

Vsque adeò excalfacit, vt & menses, & vrinas moueat. Est autem & gustu admodum acre.

Sampſuchũ, Amaracus, Marũ, ſeu, Maiorana: Gręcis σάνψιχον: Arabibus, Merzenius, ſeu, Morſangius: Italis, Maiorana, & Perſa: Germanis, Meyeron, Maiorana, & Meyram: Hiſpanis, Maiorana: Gallis, petite Mariolaine.



Locus ex Matthiolo.

Seritur & fouetur diligenti cultura, vmbroſisque gaudet.

Qualitates.

Gal.lib.8. ſim.me.

Tenuiũ eſt partium, & digerentis facultatis: deſiccat enim & excalfacit ordine tertio.

Baccharis, Latinis, & Græcis.



Locus.

Aſperum ſqualidumq́ſolum amat.

Ex Matthiolo.

Naſcitur in Romano agro.

Dio. li. 3. cap. 44.


Qualitates ex Paulo.

Odore Cinnamomo proxima, coronaria, acris. Decoctum eius meatus aperit: folia autem adſtringunt.

Aegin. libro 7.

Ruta: Græcis, πήγανον: Arabibus, Sadeb, ſeu, Sedab: Italis, Ruta: Germanis, Raut, ſeu, Vvein raut: Hiſpanis, Arruda: Gallis, Rue.

Pli. li. 19. cap. 8.



Locus.

Seritur Fauonio, & ab æquinoctio Autũni. Odit hyemẽ, humorem, ac fimũ. Apricis gaudet & ſiccis, terraq́ꝫ maximè lateritia, & cinere, & ſub Fici vmbra libentiſſimè acquieſcit.

Qualitates.

Gal. li. 8. ſimpl. medica.

Calfacit tertio ordine. Eſt autem non ſolùm guſtu acri, ſed & amaro: ex quo etiam digerere ac incidere craſſos lentosq́ꝫ humores poteſt. Tenuium eſt partium, flatusq́ꝫ extinguit. Valenter digerit & deſiccat.

Pan

Panaces Herculeum, siue, Heracleum: Græcis, πάνακες ἡράκλειον: Arabibus, Steucir, Ieusir, seu, Giausir.



Locus. Dios. li. 3. cap. 48.

Plurimum in Bœotia & in Phocide Arcadiæ nascitur: ibiq; compẽdij gratia, & quæstus qui ex Opopanace prouenit, studiosè colitur.

Ex Matthiolo.

In Apulia frequens nascitur, & in Apennini iugis, & Promõtorio Argentario: studiosè item colitur in hortis.

Qualitates.

Succus seu liquor eius excalfacit, emollit, & digerit: calfacitq; tertio recessu, & desiccat secundo. Cortex radicis minus exiccat & excalfacit quàm succus: quiddam tamen abstersorium obtinet. Fructus calidus est. Gal. li. 8. sim. me.

Pana

Panaces Asclepium, Latinis, & Græcis: Arabibus verò Panax Aschilibet.



Locus.

Pli. li.25. cap.4.

Iuxta Lacus & Amnes inuenitur.

Qualitates.

Gale.li.8. sim. me.

Minus est calidum Heraclio: quamobrem eo, & floribus eius, & semine Melli mistis, ad Vlcera, phymata, & phagedænas vtuntur.

Liguſt

Ligusticum, seu Libysticum: Græcis, λιγύστικον.



Locus.

Gignitur in altissimis asperisque montibus, ac vmbrosis, maximè iuxta fluenta.

Dio.li. 3. cap. 51.

Qualitates.

Radix & semen ex genere excalfacientiū sunt: adeò vt menses cieant, & vrinas prouocent, flatusque discutiant.

Gal. li.8. sim. me.

Pastin

Pastinaca satiua: Græcis, σταφυλῖνος ἥμερος: Arabibus, Iezar, Gezar, seu Giezar: Italis, Pastinaca: Germanis, Pasteney, seu, Pastinachen: Hispanis, Conaoria blanqua: Gallis, Pastenailles, Panais, seu Pastenades.

Locus ex Matthiolo.



Seritur in hortis, in ciborum vsum.

Qualitates.

Gal. li.8. sim.me.

Pastinaca satiua imbecillior: agrestis ad omnia potentior est. Vrinã ac menses mouet cum herba quidem tota, tùm maximè semẽ ac radix. Habet porrò in se abstersorium quidpiam.

Pastinaca

Pastinaca syluestris: Gallis, Panais sauuage: Germanis, Vvild Moren.



Locus ex Matthiolo.

In campis ac incultis sponte nascitur.

Qualitates.

Huc refer historiam Pastinacæ satiuæ: Cæterũ parum vel nihil differt à viribus Dauci. Gal. li. 8. simp. me.

Caro

Carotæ Italis: Germanis, Moren: Gallis, Carrottes, seu, Pastenades.



Locus ex Matthiolo,

Seruntur in hortis, in acetariarum vsum.

Qualitates.

Accedunt ad Dauci naturam.

Seseli

Seseli Massiliense: Græcis, σέσελι: Arabibus, Sisalios: Officinis, Siler montanũ, seu Sisileos: Germanis, Steinbrech: Italis, Seseli: Gallis, Ser montain.

Locus.



Nascitur in asperis, riguis & collibus. Inuenitur etiã num in Insulis. Diosc. li. 3. cap. 53.

Ex Matthiolo.

In omnibus ferè montibus legitur.

Ex Fuchsio.

Seritur, & loca amat calida.

Qualitates.

Radix et semen valde excalfaciunt, tenuiúmque sunt partium. Gale. li. 8 simp. me.

Ex Fuchsio.

Calidum est & siccum in secundo ordine.

Seſeli Aethiopicum.



Locus.

Dio. li.3. cap. 53. *Naſcitur in aſperis, riguis, & collibus. Inuenitur etiamnum in Inſulis.*

Qualitates ex Dioſcoride.

Semen acrius & odoratius Maßilienſi: cætera illi ſimile.

Ex Fuchſio.

Fuchſius cenſet Siler montanum Officinarum eſſe Seſeli Aethiopicum.

Seſeli

Seſeli Peloponenſe: Gallis,
Seſeli de la Moree.



Locus.


Naſcitur in aſperis, riguis, & collibus, inuenitúrque in Inſulis. Dioſ. li. 3. cap. 53.

Qualitates.

Huc refer Maßilienſis hiſtoriam.

Aniſum, Latinis, & Græcis: Arabibus autem Aneiſum, ſeu Anexiſſum: Italis, Aniſo: Germanis, Aniſz, ſeu Eniſz: Hiſpanis, Matahalua, ſeu Yerua dulce: Gallis, Anis.

Locus ex Fuchſio.



Ex Syria tranſlatum eſt in hortos.

Qualitates.

Gale. li. 6. ſimpl. medica.

Aniſi ſemen acre eſt et ſubamarum, acceditque propè ad Vrentium caliditatem. Eſt autem in ſiccando tertij ordinis, ſicut & in calfaciendo. Vrinam ciet, & digerit, atque etiam Ventris inflationes ſedat.

Carum

Carum: Græcis, κάρος: Arabibus, Caruia, Karauia, ſeu Karui: Officinis, Carui: Italis, Caro: Germanis, Mattkumich, ſeu Kim: Hiſpanis, Alcarauea: Gallis, Carui, ſeu, Cheru.

Locus ex Matthiolo.



Naſcitur in Pratis & Collibus Vliginoſis.


Qualitates.

Cari ſemē calfacit & exiccat tertio quodammodo ordine, moderatè acrem qualitatem poßidens. Itaque flatus extinguit, & Vrinas ciet, non ſemen tantum, ſed & Plāta.

Gale. li. 7. ſimpl. medica.

Anethum: Græcis, ἄνηθον: Arabibus, Iebet, seu Sebet: Italis, Aneto: Germanis, Dyllen, siue Hoch kraut: Hispanis, Eneldo: Gallis, Anet.

Locus ex Matthiolo.



Hortis omnibus, vt Fœniculum seritur.

Qualitates.

Gal.li. 6. simp. medica.

Excalfacit secundo ordine intenso, aut tertio remisso: exiccat verò secūdo incipiēte, aut in fine primi. Oleum Anethinum propinqua tēperie est pus mouētibus & cōcoquentibus Medicamētis, nisi quatenus paulò illis tum calidius tum tenuiorum partium est, ac proinde digerendi facultate præditum. Vstum tertij est ordinis tum excalfacientium, tum exiccantium. Viride humidius est & minus quàm siccum concoquit, & digerit.

Cumi

Cuminum satiuum: Græcis, κύμινον ἥμερον: Arabibus, Camum, seu Kemum: Italis, Cumino domestico: Germanis, Kimmel: Hispanis, Comino: Gallis, Comin.

Locus ex Matthiolo.



Tractu gaudet calido, & putrescibili: quamobrem frequentissimum in maritimis nascitur.

Qualitates.

Cymini semine vtimur quemadmodum Anisi, Ligustici, Cari, & Petroselini. Est autē & facultatis excalfaciētis, sicut illorum vnumquodque: tum vrinam mouentis, & flatum discutientis, ex tertio ordine calfacientium.

Gal. li.7. sim. me.

Cuminum ſylueſtre alterum, ſiue Conſolida regalis: Italis, Conſolida regia: Germanis, Ritter ſporn: Gallis, Pié d'Alouette, ſeu Conſolida royalle.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in Segetibus.


Qualitates ex Dioſc.

Dioſ.li.3. *Venenatorum morſibus prodeſt, & calculo*
3.ca. 60. *ſis, & ijs qui Vrinæ ſtillicidio Vexantur, aut concoctum ſanguinem cum lotio reddunt.*

Ammi,

Ammi, Latinis, & Græcis: Arabibus verò, Nanochach, Anazne, Nanachua, seu, Nanachue: Officinis, Ammeos: Germanis, Amey: Italis, Hispanis, & Gallis, Ammi.

Locus ex Fuchsio.



Exoticum est: Verùm si seratur, restibili fertilitate perennat.

Qualitates.

Facultatis est excalfactoriæ & desiccatoriæ, tenuiúmque partium. Sed & gustu subamarum est, & acre. Et clarum est quòd & digerat, & Vrinã moueat. Fuerit autem in calefaciendo, desiccandóque ex ordine tertio intenso.

Gale. li. 6. simp. medica.

Coriandrum: Græcis, κόριον, ἢ, κορίαννον: Arabibus, Rusbor, Rasbera, Kuzbara, ſeu Kuzibara: Italis, Coriandro: Germanis, Coriander, & Coleander: Hiſpanis, Culantro, & Ciliandro: Gallis, Coriandre.

Locus ex Palladio.



Lætis gaudet: ſed & amat quandoque ſolum tenue. Seritur, & ſponte naſcitur.

Qualitates.

Gal. li. 7. ſim. me.

Ex contrarijs facultatibus conſtat: plurimùm enim habet eſſentiæ amaræ, quæ terreſtris eſt, & tenuium partium: nec parũ obtinet humiditatis aqueæ, quæ tepentis eſt facultatis. Habet autem & adſtrictionis pauxillum.

Auice. li. 2. ca. 144.

Auicenna refragatur Galeno, frigidum eſſe aſſeuerans Coriandrum.

Hiera

Hieracium maius, seu Sonchitis: Græcis, ἱεράκιον: Italis, Cicerbita: Germanis, Habichskraut: Gallis, Cicoree iaune.



Locus ex Fuchsio.

Nascitur in Pratis, & locis cultis.

Qualitates.

Vim refrigerandi habet, & modicè substringendi.

Dio. lib. 3. cap. 63.

Hiera

Hieracium paruum.



Locus, & Qualitates.

Dios.li.3. cap.63.

Huc refer omnem historiam Hi... acij maioris.

Apium

Apium hortenſe: Græcis, σέλινον κηπαῖον: Arabibus, Charſs, Charſi, ſeu Cares: Italis, Petroſello: Germanis, Peterſilien, ſeu, Peterlin: Hiſpanis, Perexil: Gallis, Perſil.

Locus ex Matthiolo.



Omnibus hortis frequentiſſimum, & omnium olerum familiariſſimum.

Qualitates.

Apium vſque adeò calidum eſt, vt & vrinas, & mēſes cieat. Gal. lib. 2. de ali. fa. & libr. 8. ſim. me.

Ex Fuchſio.

Calefacit ſecundo ordine, & deſiccat in tertio à mediis.

Apium

Apium paluſtre, Paludapium, ſiue Eleoſelinum: Arabes, Aſalis: Italis, Apio commune: Germanis, Epffich, ſeu, Eppich: Hiſpanis, Apio, ſeu Perexil dagoa: Gallis, Ache.



Locus.

Naſcitur in humidis.

Dioſ. li. 3. cap 64.

Qualitates ex eodem.

Satiuo grandius, & ad eadem efficax.

Hip

Hippoſelinum, Leuiſticum, ſeu, Oluſatrum: Græcis, ἱπποσέλινον: Arabibus, Salis: Italis, Leuiſtico: Germanis, Lieb Stockel: : Gallis, Ache large, Leueſche, ſeu Liueſche.



Locus.

In Vmbroſis & paluſtribus enaſcitur, olerum generis Vt Apium.

Dioſ. li. 3. cap. 64.

Qualitates.

Oreoſelini, & Hipposelini ſimilis Vis eſt: Verũ Hipposelinum imbecillius eſt.

Gal. li. 8. ſimpl. medica.

Ex Fuchſio.

Excalfacit & deſiccat tertio ordine.

Smyr

Smyrnium Latinis, & Græcis: Arabibus verò Seniruion: Italis, Macerone, ſeu, Aleſſandrin: Hiſpanis, Apio Macedonico : Gallis, Maceron.

Locus.

Dioſ. li. 3. cap. 65.



Naſcitur in ſaxoſis, & collibus, atque ſqualidis, & limitibus terrenis.

Qualitates.

Gal. li. 8. ſimpl. medica.

Smyrnium ex eodem genere cum Apio eſt, & Petroſelino : éſtque Apio validius, Petroſelino autem imbecillius. Menſes itaque & vrinas mouet, calidum ſiccúmque tertio ordine. Sed & digerere quæ indurata ſunt valet. Reliqua vis eius Apio, & Petroſelino ſimilis.

Impera

Imperatoria, Aſtrentia, Oſtrution, ſeu, Oſterition : Italis, Imperatoria : Gallis, Otruche, Imperatoire, ſeu, l'herbe du Benioin, ſed falsò : Germanis, Meyſter vvurtz.

Locus ex Matthiolo, & Fuchſio.



Frequentiſſima naſcitur in mõtibus: hodiéque colitur in hortis magna diligentia.

Qualitates, ex Matthiolo.

Radix eius guſtu acris admodum deprehenditur, ac mordax, ſubamara, et odorata. Ex quo conijcitur excalfacere tertio exceſſu completo, vel quarto inchoante: ſiccare verò ſecundo. Diſcutit item mirificè flatus ventriculi inteſtinorum, & vteri. In ſumma excalfacit omnes corporis partes quas frigus occupauit.

Elaphoboscum, Cerui ocellus, seu falsò Gratia Dei : Græcis, ἐλαφόβοσκον : Germanis, Vveisz hirtz vvurtz.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in campestribus.

Qualitates.

Gale.li.6. simp.me. *Facultatis est calidæ, & tenuium partium: ac proinde exiccatoriæ secundo maximè excessuum ordine.*

Fœni

Fœniculum : Græcis , μάραθρον: Arabibus, Raienigi : Italis , Finocchio : Germanis, Fenckel: Hiſpanis , Hinoio , ſeu, Funcho: Gallis, Fenoil.



Locus ex Matthiolo.

Seritur Vere ineunte in locis apricis , & modicè ſaxoſis.

Qualitates.

Ex tertio eſt ordine calefacientium , & primo deſiccantium.

Gale.li.7. ſimpl.medica.

Daucum: Græcis, Δαῦκος: Arabibus, Ducu, Gezar, ſeu, Ciezar: Italis, Carotte ſaluatiche, ſeu, Dauco: Germanis, Ber vvurtz: Hiſpanis, Dauco Cretico: Gallis, Carotte ſauuage.

Dioſ.li.3. cap.59.



Locus.

Naſcitur in ſaxoſis, & locis ſole illuſtratis.

Qualitates.

Gale.li 6. ſimpl.medica.

Acrem, & calefaciẽdi facultatem obtinet, ac proinde etiam extenuandi. Radix flatuoſum quiddam obtinet, vltra comprehenſa, ac venereum. Semen excalfaciendi vehementer facultatem habet: digeritque per halitum, foris impoſitum. Herba inferior eſt ſemine, ob aqueæ humiditatis miſturam, quanquam & ipſa calida ſit.

Sena

Sena, ſeu, Sene: Italis, Sena: Germanis, Senet: Hiſpanis, Sen de Alexandria: Gallis, Sené de Leuant.

Locus ex Matthiolo.



Frigoris eſt impatiens: ob idque ſeritur Maio, nec vltra Autumnũ perdurat.

Qualitates, ex eodem.

Dilutum eius modeſtiſsimè, & ſine moleſtia aluũ ſoluit, ſex vnciarum pondere potum.


Ex Meſue.

Educit per inferna bilem tum atram, tum flauam, ſed & pituitam.

Ex Fuchſio.

Deſiccat in primo ordine, & excalfacit ſecundo incipiente.

Colutea: Germanis, Vvelſch linſen: Gallis, Baguenaudier, aut Sené de païs.



Locus.

Theo. de nat. plát. li.3.c.17.

Seritur ſemine, & fimo præcipuè Ouillo.

Qualitates ex Fuchſio.

Deſiccat, Arabibus, primo ordine, & excalfacit ſecundo incipiente.

Pyre

Pyrethrum,ſiue,Saliuaris herba, Græcis, πύρεθρον, Arabibus, Macharcaraha, ſeu, Hacharcharha: Italis, Piretro : Germanis,Bertram:Hiſpanis,Pelitre:Gallis,Piretre.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in quibuſdam Italiæ montibus.

Qualitates.

Radix cauſticam vrentemq́ facultatem obtinet. Gal.lib.8. ſim.me.

Roſmarinum: Græcis, λιβανωτὶς: Arabibus, Xaier almeriem, Alpinalfach, ſeu, Cachola.



Dio.li.3. cap.72.

Locus.

Naſcitur in ſaxoſis & aſperis.

Gal.li.7. ſimp.me.

Qualitates.

Emollientis eſt, & digerentis facultatis: abſtergit etiam & quodammodo incidit.

Roſma

Roſmarinum coronarium, Græcis, λιβανωτὶς στεφανωματικὴ : Arabibus, Elkialgeber: Italis, Roſmarino de gli horti : Germanis, Roſzmarin: Hiſpanis, Romero: Gallis, Romarin.

Locus ex Matthiolo.



Seritur paſſim in hortis, ac viridarijs.

Qualitates.

Decoctum eius regio morbo prodeſt, potum: abſtergit enim, & incidit. Gale. li. 7. ſim. me.

Ex Fuchſio

Calidū eſt & ſiccū: idq́ ex guſtu deprehenditur.

Spondylium, ſeu Sphondylium Latinis & Græcis, quibuſdam, Paſtinaca Syluestris.



Dio.li. 3. cap. 74.

Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in paluſtribus & aquoſis: eſtq; frequentiſsimum in Pratis Vliginoſis.

Gal. li. 8. ſim. me.

Qualitates.

Sphondylij fructus acris, & ſecantis eſt facultatis. Radix illius ad eadem pollet.

Feru

Ferula: Græcis, νάρθηξ: Italis, Ferola: Hispanis Cananheia: Gallis, Ferule.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in æstuosis locis: abundatq; Ferulis Apulia. Fructicat vtplurimum in Maritimis.


Qualitates. Gal. li. 8. sim. nie.

Semen excalfacit & attenuat. Medulla recens adstrictoria est, venenisq; resistit.

Peuce

Peucedanum, Fœniculum Porcinum, aut Pinastellum: Græcis, πευκέδανος Arabibus, Harbatũ: Italis Peucedano: Germanis, Harstrang: Gallis, Queuë de Porceau, seu, Peucedane.

Diosc.li.3. cap. 72.



Locus

Gignitur in montibus opacis.

Qualitates.

Gale.li.8. sim. me.

Peucedani radice quàm maximè, sed tamen etiam succo, & liquore vtimur. Sunt autẽ hæc omnia eiusdẽ facultatis: sed valentior succus, admodũ excalfaciens, & digerens. Olfactu etiã prodest. Incidit & extenuat, tenuium enim est partium, & excalfactorium. Radix validè desiccat: minus tamen calefacit quàm succus. Excalfacit ergo ordine secundo iam completo: desiccat verò tertio iam incipiente.

Melan

Melanthium ſatiuum, Nigella, Gith, ſeu, Papauer nigrum: Græcis, μελάνθιον: Arabibus, Xamin, Sunis, & Sunizi: Italis, Nigella: Germanis, Schvvartz roemiſch, ſeu, Schvvartz Coriander: Hiſpanis, Neguillia, & Alipiure: Gallis, Barbue, ſeu Poyurette.

Locus, ex Matthiolo.



Seritur in hortis, & viridariis.

Qualitates.

Gal. li.7. ſim. me.

Melanthiũ excalfacit atque deſiccat tertio ordine. Videtur etiã tenuium eſſe partium. Intus aſſumptũ flatus extinguit: eſſentia enim eſt ſubtilis, & ad vnguem à caliditate elaboratæ. Amarum etiam eſt. In ſumma, vbi inciſione, exterſione, deſiccatione, & excalfactione eſt opus, præſtantiſsimum id remedium eſt.

Mel

Melanchium Syluestre, Gallis, Barbuës.



Locus ex Matthiolo.


Nascitur in Campestribus: sed & seritur ad Coronamenta.

Qualitates.

Huc refer Nigellæ Historiam.

Pseudo

Pſeudo-melanthium, ſiue Melanthium falſum: Italis, Gittone: Germanis, Raden: Gallis, Nielle des blez.



Locus, ex Matthiolo.

Naſcitur inter Segetes.

Qualitates ex Fuchſio.

Eiſdem facultatibus pollet, quibus Lolium.

Viſc

Viſcum: Græcis, ἰξὸς: Arabibus, Dabach, ſeu, Dibach: Italis, Viſchio: Germanis, Miſtel: Hiſpanis, Viſco: Gallis, Guy.



Locus.

Plin. libr. 16. ca. vl.

Viuit in Arboribus.

Qualitates.

Gal. li. 6. ſim. me.

Viſcum ex plurima aërea, & aquea calida, paucißima terrena ſubſtantia conſtat. Nam acrimonia in eo, amaritudinem excellit. Non excalfacit protinus poſt primam appoſitionem, ſed tẽpus requirit, velut Thapſia: habétque id commune cum omnibus calidis facultate medicamentis, vbi largum continent humorem recrementitium.

Appa

Aparine, Aſpergula, ſiue Aſperula: Græcis, ἀπαρίνη, ἤ, ὀμφαλόκαρπος, καὶ φιλάνθρωπος: Italis, Speronella: Germanis, Klebkraut: Hiſpanis, Preſera: Gallis, Gratteron.

Locus ex Theophraſto.



Nuſquam non prouenit: ſed præſertim inter Lentes.

Qualitates.

Modicè extergit & deſiccat, habétque nonnihil ſubtilium partiũ.

Gale. li. 6. ſimp. me.

Ex Recentiorum placitis.

Succus eius valenter recentia glutinat vulnera: facitque ad Papillarum rimas.

Carduus benedictus, siue Cnicum syluestre alterum: Italis, Cardo santo: Germanis, Carden benedictem: Gallis, Chardon beny.

Locus ex Matthiolo.



Nascitur in montibus: sed & passim seritur in hortis.

Qualitates ex eodem.

Constat terreis partibus calore quodã attenuatis. Tam interius sumpt⁹, quàm adhibitus, valet ad pestilentiam, & aduersus venena lethalia. Decoctis miscetur ad luem Gallicam paratis.

Clino

Clinopodium, Latinis, & Græcis.



Locus.

Nascitur in petrosis.

Dios. li.3. cap.93.

Qualitates.

Excalfaciendi vim obtinet, sed nõdum adurendi. Est verò essentia tenuium partium: vt sit in tertio ordine tum excalfacientium, tum exiccantium.

Gale.li.7. simpl. medica.

Clinopodium alterum.



Locus, Qualitates.

Huc refer omnem Clinopodij prioris historiam.

Leontopetalum, Latinis & Græcis.



Locus.

Naſcitur in aruis & ſegetibus: eſt que fre-quentiſsimum in Apulia, & in quibuſdam Italiæ locis. Dio. li. 3 cap. 94.

Qualitates.

Radice maximè Vtimur. Digerendi facultatem, & exiccandi, excalfaciendique in tertio ordine poßidet. Gal. li. 7. ſim. me.

Teucrium, siue Teucris: Græcis, *τεύκριον*: Germanis, Grosz Bathengel: Gallis, Grosse Germandree.



Locus ex Matthiolo.

Fructicat in pluribus locis, maximéque in Clinosis, montibus, & Campestribus.

Qualitates.

Gale. li. 8. simp. medica.

Incidẽtis, & tenuium partium facultatis est: vt sit in tertio ordine exiccantium: in secundo verò excalfacientium.

Trissa

Triſſago, ſiue Trixago: Græcis χαμαίδρυς: Arabibus, Damederios, Chamadrius, ſeu Kemadrius: Italis, Querciuola, ſeu Calamã drina: Germanis, Gamanderle, ſeu Bathengel: Hiſpanis, Chamedreos: Gallis, Germandree.

Locus.



Naſcitur in aſperis & petroſis.

Dioſ. li. 3. cap. 96.

Qualitates.

Vincentem habet qualitatem amaram, & eſt quodam modo acris. Craſſitudines humorum incidit, & viſcerum obſtructiones expurgat, vt ſit tertij ordinis excalfacientium, & deſiccantium: plus tamen deſiccat, quàm calefacit.

Gal. li. 8. ſimpl. medica.

Lychnis coronaria: Græcis, λυχνὶς: Germanis, Mergen roeſzlin.



Locus ex Matthiolo.

Seritur in hortis ad Coronamenta: & ſponte naſcitur in montibus ſaxoſis.

Qualitates.

Gale.li.7. ſimp.me. *Semen calidum eſt ſecundo quodammodo ordine, aut iam etiam tertio: ſiccum ſanè eodem quoque modo.*

Lilium

Lilium: Græcis, κρίνον, ἢ λείριον: Arabibus, Susen: Italis, Giglio: Germanis, Lilgen, seu Gilgen: Hispanis, Azucena, & Lirio blanco: Gallis, Lis blanc.



Locus.

Seritur radice in hortis.

Qualitates.

Lilij flos temperaturam mistam obtinet, partim ex tenui, partim ex terrena essentia, ex qua vtique in gustu amaritudinẽ habet: partim ex aquea, eáque temperata. Oleũ, quod ex eo conficitur, citra morsum digerendi, simúlque emolliendi facultatem obtinet. Radix foliáque per se trita, desiccant, abstergunt & digerunt moderatè. Plus tamen inest facultatis abstergentis in radice, quàm in folijs: quanquam tamen abstergat primo tantùm ordine,

Gale. li. 7. simp. me.

Martagon, Chymiſtis, ſiue Lilium Punicum : Italis, Giglio roſſo : Gallis, Lis Orengé.



Locus ex Fuchſio.

Naſcitur in Montibus, & nemoroſis,

Qualitates ex Fuchſio.

Radix & folia viſcoſa ſunt & amara: itáque faciunt ad vlcera maligna.


Ex Matthiolo.

Meritò annumeratur inter Lilia: ex illis ergo huius qualitates coniicito.

Ballo

Ballote, Marrubiaſtrum, ſeu Marrubium nigrum, aut fœtidũ: Græcis, βαλλωτὴ, καὶ μέλαν πράσιον: Italis, Marrobionero, Marrobiaſtro, ſeu, Marrobio baſtardo: Germanis, Schvvartz Andorn: Hiſpanis, Marroio negro: Gallis, Marrubin noir.

Locus ex Matthiolo.



Naſcitur frequens in agrorum marginibus, & ſecus vias.

Qualitates.

Acris eſt, & abſterſoriæ facultatis. Ægi. li. 7.

Ex Fuchſio.

Pollet amaritudine & acrimonia: itáque excalfacit ſecundo ordine intenſo, aut tertio incipiente: & deſiccat tertio: eâque ratione Marrubio propemodum ſimile.

Apia

Apiaſtrum, Citrago, ſiue, Meliſſa: Græcis, μελισσόφυλλον: Arabibus, Bederangir, Bedarungi, Bederenzegum, Turungem, Trungian, ſeu, Marmacor: Italis, Meliſſa, ſeu, Cedronella: Germanis, Meliſſen, ſeu, Binenkraut: Hiſpanis, Torongil, & Yerua cidrera: Gallis, Meliſe.

Locus, ex Matthiolo.



Seritur, & ſponte naſcitur in nemoroſis.

Qualitates.

Gale. li. 7. ſimpl. medica.

Meliſſophyllum Marrubio eſt ſimile facultate: ſed plurimùm ab eo vincitur: quamobrẽ nec vtitur eo quiſpiam, præſente Marrubio. Cęterùm vbi ad manum nõ erit Marrubium, vti licebit Meliſſophyllo, habita proportionis ratione.

Marru

Marrubium album: Græcis, πράσιον: Arabibus, Farasio, seu, Frasium: Italis, Marrobio: Germanis, Andorn, seu Lungen kraut: Hispanis, Marroio: Gallis, Saupomme, Marrube, seu Marrubin.

Locus.



Nascitur propter ædificia, ruinas, & rudera.

Diosc. li. 3. cap. 102.

Qualitates.

Gal. li. 8. simp me.

Marrubium vt gustu amarum est, ita consentientem huic sapori actionem possidet, Iecur ac Lienem obstructione liberãs, thoracem, pulmonémque expurgans. Illitum detergit ac digerit: ésque calidum secundo ordine iam completo: & siccum in tertio medio, aut completo. Succo ad acumen visus vtuntur.

Stachys.

Stachys Latinis, & Græcis: Italis, Saluia Montana: Germanis, Riechender Andorn: Gallis, Sauge molle, seu, Sauge de Montaigne.



Locus.

Nascitur in montibus, & asperis.

Dios.li.3. cap.103.

Qualitates.


Gale li.8. simpl.medica.

Gustu est acri & amaro, tertiique ordinis excalfacientium. Menses mouet, abortum adfert, & secundas eiicit.

Lingua

Lingua Ceruina: Græcis, φυλλίτις: Italis, Lingua Ceruina: Germanis, Hirtz Zungen: Hiſpanis, Lengoa Ceruina: Gallis, Langue Cerue, ſeu, Langue de Cerf.

Locus.



In vmbroſis & opacis emicat. Aquoſis item delectatur. Dio. libr. 3. c. 104.

Qualitates.

Phyllitis, cùm qualitatis ſit acerbæ, nõ abſurdè diarrhœas, & dyſenterias, potu, iuuat. Gale. li. 8. ſim. me.

Ex Fuchſio.

Guſtu adſtringit, & aliquatenus amara: ex quibus calefacere videtur, primo ordine, & deſiccare ſecundo.

Triſo

Trifolium Bituminoſum, ſiue, Trifolium Aſphaltites: Græcis, τρύφυλλον: Gallis, Treffle velu, ſeu, Triolet blanc: Germanis, Vveyſz klee.

Locus ex Matthiolo.

Virent Prata Trifoliis omnis generis.



Gal. lib. 8. ſimp. me.

Qualitates.


Vis Plantæ eſt calida & ſicca, vt Bitumen, cui odore eſt ſimilis.

Ex Fuchſio.

Trifolium omne guſtu adſtringit aliquatenus, & tenuium eſt partium, Item, quandam acrimoniam poſſident, deſiccántque quodammodo.

Trifolium

Trifolium pratenſe: Italis, Trifoglio: Hiſpanis, Treuol: Gallis, Treffle des prez, rouge.



Locus.

Nomen indicat.

Qualitates.

Vide hiſtoriam Trifolij Bituminoſi.

Trifolium Pratenſe alterum, ſeu, Trifolium acutum, aut Oxytriphyllon: Italis, Trifoglio acuto: Germanis, Spitzerklee: Gallis, Treffle à fucilles pointuës.



Locus & Qualitates.

Iiſdem Natalibus oritur quibus Pratenſe primum, eaſdémque vires habet.

Trifo

Trifolium acetosum, Alleluya, seu, Panis Cuculi: Græcis, ὀξὺς: Italis, Pan Cuculo: Germanis, Buoch klee: Gallis, Alleluya, seu, Pain de Cocu.

Locus ex Fuchsio.



Nascitur in nemoribus saxosis & aquosis: & seritur in Gallia, vmbrosi q; gaudet.

Qualitates.

Edunt qui Enterocelen habent. Pli. li. 27. cap. 12.

Ex Fuchsio.

Acerbitas & ariditas gustu, indicant eiusdem esse temperaturæ cuius Oxalis, frigidæ videlicet, & siccæ.

Trifolium odoratum, ſeu, Trifolium Equinum: Italis, Tribulo, ſeu, Trifoglio degli Caualli: Gallis quibuſdam, Melilot commun.



Locus.

Naſcitur in cultis & inter ſegetes: pratiſq; uliginoſis gaudet, & colles nonnunquam aſcendit. Qualitates ex Matthiolo.

Aquam ſtillaticiam eliciunt odoris gratia. Equi autem hanc herbam auidiſsimè in pabulum ſuum ſequuntur.

Trini

Trinitas, siue Trifolium magnum: Germanis,, Edel leber Kraut: Gallis, Treffle de marais.



Locus, ex Matthiolo.

Nascitur in vliginosis, & inter frutета.

Qualitates ex eodem.

Glutinatoria est tam exterius illita, quàm interius sumpta. Quinetiam valet ad Enterocelas: in quem vsum, puluerem dimidij cochlearis mensura ex vino austero propinant.

Polium montanum, siue, Iua Muschata: Arabibus, Cahade, Iahade, seu, Giade: Gallis, Iue muscate.

Pli. li. 21. cap. 7.

Locus.



Campestre est, quãquam tamen Mõtibus gaudeat.

Qualitates.

Gale. li. 8. sim. me.

Amarũ est gustãtibus, & modice acre. Itaque obstructiones expedit, Vrinamq́; & mẽses ciet. Viride, magna Vulnera glutinat, maximè quod fruticosum est. Aridum illitum maligna Vlcera sanat.

Polium minus.



Locus ex Matthiolo.

Rara est planta, seritur tamen à quibusdam ad spectaculum duntaxat.

Qualitates.

Gal. li.8. sim. me.

Ad Antidota amarius, & acrius est quàm maius, adeo vt ex tertio sit ordine desiccantium, ex secundo autem completo excalfacientium. Illitum Vlceribus malignis magis prodest quàm Polium maius.

Scordium, siue Trissago palustris: Græcis, σκόρδιον: Arabibus, Scordeon, aut, Scordeũ: Italis, Calamandrina palustre: Germanis, Vvasser battenig: Hispanis, Scordio: Gallis, Chamaraz.

Dio. li. 3. cap. 108.

Gal. li. 8. sim. me.



Locus.

In Montibus & palustribus nascitur.

Qualitates.

Scordium ex multiformibus tum saporibus, tũ facultatibus constat. Nam & amarũ quiddam obtinet, & acerbum: acrimoniámque habet Allio persimilẽ. Expurgat & excalfacit viscera, mensesq; & vrinas ciet. Viride illitum glutinatorium est.

Alliar

Alliaris, siue Alliaria, aut Pes Asini: Italis, Alliaria: Germanis, Knoblauchs kraut: Gallis, Alliaire.

Locus ex Matthiolo.



Nascitur iuxta Sepes, in agrorum marginibus, & in hortis.

Qualitates ex eodem.

Crassos & lentos humores incidit, & extenuat. Seme emplastri modo vuluæ impositũ, mulieres vteristrãgulatu oppressas liberat, & excitat.

Ex Fuchsio.

Calfacit & desiccat quarto ordine, imbecillius tamen quàm Allium.

Tussilago, Farfaria, siue, Vngula Caballina: Græcis, βήχιον: Italis, Falfarella, Farfara, seu, Vnghia di Cauallo: Germanis, Roszhuob, seu, Brant lattich: Hispanis, Vnha de Asno: Gallis, Pas de Cheual, ou d'Asne, siue, Tacconnet.

Diosc. li. 3. cap. 109.

Gal. li. 6. simp. me.



Locus.

Nascitur in amœnis, & riguis.

Qualitates.

Radix sicca et suffita tusses et Orthophnœas iuuat. Est autem modicè acris, ut sine molestia omnes Thoracis abscessus credita sit rumpere. Folia sicca acriora quā ut partibus inflammatione laborantibus conueniant: quod tamen efficiūt viridia, frigida enim & humida sunt ob aqueæ humiditatis admistionem.

Arte

Artemisia, Latinis, Græcis, Italis, & Hispanis: Germanis, Beyfuosz, &, S. Iohans gurtel: Gallis, Armoyse, siue, Herbe de la saint Iehan.



Locus.

Magna ex parte in maritimis nascitur: sed & gaudet sepibus, cultis, & riguis.

Diosc. li. 3. cap. 110. & 111.

Qualitates.

Vtraq; Artemisia excalfacit, & medicè desiccat: calefaciuntq; excessu secundo, desiccántq; primo intenso, aut sēcūdo incipiente. Sunt autem & modicè tenuium partium.

Gale. li. 6. sim. me.

Ambro

Pli.li.27. cap.4.

Ambrosia Latinis, & Græcis. Vagi nominis est Ambrosia, & circa multas herbas fluctuans. Hæc tamen vera Dioscoridis est Ambrosia.

Locus ex Matthiolo.



Saxosis oritur: & si Dioscoridi germana sit Cappadociæ.

Gal. li.6. sim.me.

Qualitates.

Cataplasmate imposita vim habet adstringentē, ac repellentem.

Pli.li.27. cap.4.

Ex Plinio.

Vsus eius ad ea quæ discuti opus sit.

Botrys Latinis, & Græcis: Italis, Botry: Germanis, Trauben Kraut, ſeu krotten kraut: Gallis, Migraine, Millegraine, Patience, ſeu, Piment.



Locus.

Dioſ. li. 3. cap. 113.

Inuenitur in torrentium ripis, & conuallibus: ſed & in hortis ſeritur ad Vteri affectus.

Qualitates ex Dioſc.

Pota, Orthopnœas mulcet. Idem ſentiunt Plinius & Aegineta.

Ex Fuchſio.

Plin. libr. 27. cap. 8.

Ex amaritudine, calida & ſicca cenſetur. Incidit præterea ob caliditatem, & ſubtilitatem partium.

Gera

Geranium primum, Rostrum Gruis, Rostrum Ciconiæ: Græcis, γεράνιον: Germanis, Storcken schnabel: Hispanis, Pico de Ciguenha: Gallis, Bec de Grue, siue, Bec de Cigogne.

Locus ex Matthiolo.



Gerania passim ferè visuntur in campestribus, secus vias, & iuxta sepes.

Dio. li. 3. cap. 114.

Qualitates.

Vuluæ inflationes discutit potum, ex vino, drachmæ pondere.

Ex Fuchsio, & Matthiol.

Radix dulcedinem quãdam obtinet: digerendiq; vim possidet: reficientibusque se ab imbecillitate vtilissima est, pota bis in die, Drachmæ pondere, in vini cyathis tribus, valet & ad inflationes.

Gera

Geranium Secundum, Geranium Latinorum, Acus muſcata, Pes Columbinus, ſiue, Ruberta, aut herba Roberti.



Locus ex Matthiolo.

Paßim naſcitur in campeſtribus, ſecus vias, & iuxta ſepes.

Qualitates.

Nullius in medicina vſus.

Dio. li. 3. cap. 114.

Ex recentiorum placitis.

Internis vulneribus, & fiſtulis ſanandis potum mirificè prodeſt. Sed hic adhibenda eſt cautio, ne pro Pede Columbino (qui Serapioni Amomum eſt) ſecundum Geranium vſurpent.

Geranium tertiũ, seu Balsamina, quibusdam verò Momordica, quanquam sit secundum Dioscoridis Geranium, Matthiolo, & Fuchsio.



Locus ex Fuchsio.

Cliuosis gaudet.

Qualitates Geraniorum ex Fuchsio.

Radices & Folia Geraniorum desiccant & adstringunt, excepto primo.

Gosipp

Gossipium, Xylon: Officinis, & Barbaris, Cotum, Bombax, Bombasum, siue Cottonaria: Italis, Bambagia: Germanis, Baũ vvoll: Gallis, Herbe du Cotton.

Locus ex Matthiolo.



Hac ætate seritur in Cypro, Creta, & Sicilia Insulis: quin & in Apulia aliisque Regionibus nascitur.

Qualitates ex eodem.

Huius lanugo manifestè excalfacit, ac siccat: quæ si comburatur mirum in modum manantem è vulneribus sanguinem sistit. Seminis medullatussi & difficulter spirantibus auxiliatur, & genitale semen auget. Oleum, quod ex ea exprimitur Lentigines in facie, & omnes maculas delet. Arabibus tamen Lanugo eius calefacit & humectat.

Typha Latinis, & Græcis: Italis, Mazza Sorda: Germanis, Moſzkolben, ſeu Narren kolben: Hiſpanis, Bohordo, ſeu Iunco Ama corocado: Gallis, Maſſe de Ionc.



Locus.

Gignitur in paluſtribus, & aquis ſtagnantibus.

Qualitates ex Matthiolo.

Dioſ. li. 3. cap. 53.

Typhæ pappis additis Betonicæ folijs & Gladioli, ac Biſlinguæ radicibus, omnibus in puluerem tenuiſsimum redactis, & aſſatis ouorum luteis exceptis, vtuntur feliciter ad Enterocelas etiam ætate conſiſtentium. Ieiunis exhibent quotidie Drachmæ pondere, triginta dierum ſpatio: ſed interim præſtanti ligatura, & Emplaſtris glutinantibus ima pubis pars probè muniatur.

Filip

Filipendula.

Locus ex Fuchſio.



Montibus, aſperis, & ſaxoſis gaudet. Inuenitur etiam in pratis non admodum lætis.

Qualitates ex eodem.

Valde amara eſt: ut ſit calida & ſicca tertio ordine.

Ex Matthiolo.

Vrinæ remoratui, & ſtillicidio auxiliatur, renúmque calculis, & doloribus. Suſpirioſis, anhelentibus, omnibúſque, in vniuerſum, morbis frigidis opitulatur: maximéque Comitialibus, inſperſo cibis radicum puluere.

Conyza maior, seu Pulicaria, aut Conyza mascula, Latinis, & Italis: Græcis, κόνυζα: Germanis, Geelmuntz, seu, Dur vvurtz: Hispanis, Attadegua: Gallis, Herbe aux puces.

Locus ex Matthiolo.



Paßim ferè prouenit.

Qualitates.

Gal. li. 7. sim. me.

Conyza maior & minor adsimilis sunt tum temperaturæ, tum facultatis. Gustui amaræ, et acres apparent. Excalfaciunt admodum luculenter folia, & germina illita, per se, aut in oleo cocta. Flores eandem vim habent. Itaque, cum folijs tritos, in vino bibendos exhibet ad menses fortiter educendos, ciendúmque fœtum. Tertij sunt ordinis in excalfaciendo, & exiccando.

Conyza

Conyza minor, seu Conyza fœmina.

Theoph. de natu. plan. li. 6 cap. 2.



Locus, Qualitates.

Per omnia adsimilis est Conyzæ masculæ, & in iisdem locis nascitur.

Conyza media.



Locus ex Matthiolo.

Dio. li.3. cap. 119.

Nascitur humentibus præsertim locis, & secus vias, vbi ex agrorum marginibus, aqueus humor, stillicidio quodam in proximos defluit Canales.

Qualitates.

Gal. li.7. sim. me.

Tertium Conyzæ genus, humidis proueniẽs, vtrisque tum graueolentius, tum imbecillius: minus ergo calefacit & exiccat quàm priores.

Heme

Hemerocallis, siue Lilium syluestre: Italis, Giglio saluatico: Germanis, Heydnisch lilien, seu Goldt lilien: Hispanis, Lilio amarillo: Gallis, Lis iaune.

Locus ex Matthiolo.



Nascitur in Aruis inter segetes, in Pratis, in Montibus, et in Vallibus. Seritur tamen in hortis ad spectaculum.

Qualitates.

Radicem habet Lilÿ similem, non figura tantùm, sed & Viribus. Prodest ambustis: leuiter enim digerentem facultatem habet: & cum hoc repulsorium quiddam.

Gale. li. 6. simp. medica.

Hemerocallis altera: Germanis, Goldevvurtz, ſeu Iunckerlilien.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in montibus Iapidiæ.

Qualitates.

Facit ad omnia quæ prior Hemerocallis.

Lilium

Lilium conuallium, Latinis, & Italis: Germanis, Meybluomlim: Gallis, Muguet.

Locus ex Fuchſio.



Naſcitur in Nemoroſis, Frutetis, & opacis.

Qualitates ex Matthiolo.

Ex floribus Germani Aquam ſtillatiiam, quam vocant Auream eliciũt, ad cordis & cerebri affectus. Imò animam expirantibus propinant, exiſtimantes eos poſſe in vita retineri aliquot horas. Falluntur tamen opinione. Qui plura volet, conſulat Matthiolum.

Leucoium, ſiue Viola alba : Græcis, λευκόϊον: Arabibus, Keiri, Cheiri, ſeu Alcheiri: Germanis, Gelb violen, ſeu Vveyſz vveyl: Hiſpanis, Violetas amarillas, ſeu Violetas blãquas: Gallis, Violiers rouges, blancs, iaunes, & violetz.

Locus ex Matthiolo.



Frequentiſſimum viſitur in hortis, viridarijs, ædiumque feneſtris, & parietibus vbi fouetur diligentiſſimè ad Coronamenta.

Qualitates.

Gale.li.7. ſimpl. medica.

Extergendi facultatem poßidet, ac tenuium eſt partium: plus tamen flores: & inter hos qui ſunt ſicciores magis quàm virides. Semen & radix eiuſdem ſunt facultatis: niſi quòd radix craßioris eſt eſſentiæ, et magis terrenæ. Teſti

Testiculus Canis fœmina: Græcis, ὄρχις, ἢ, κυνὸς ὄρχις: Arabibus, Chasi alkeb, seu Chasi alchelb: Italis, Testicolo di Cane: Germanis, Knaben kraut: Hispanis, Coyon de perro: Gallis, Couillon de Chien.

Locus.



Nascitur in petrosis & sabuletis, & in pratis vliginosis.

Dios. li. 3. cap. 124.

Qualitates.

Radici vis inest calida et humida, ac gustu dulcis est. Maior radix multam habere videtur humiditatem excrementitiam & flatuosam, quapropter epota Venerem excitat. Temperamentum verò minoris ad calidius & siccius vergit: vnde cohibet ac reprimit Venerem.

Gale. li. 8. simp. medica.

Testicu

Testiculus fœmina, minor.



Locus & Qualitates.

Huc refer omnem prioris Orchydis historiam.

Orchis

Orchis Serapias minor, ſiue Teſticulus mas, minor: Germanis, Vvolriechend Mergentrehen: Gallis, Couillon de chien maſle.



Locus.

Naſcitur in petroſis, ſabuletis, & pratis vliginoſi.

Dioſ. li. 3. cap. 125.

Qualitates ex Dioſcoride.

De hac eadem quæ de Teſticulo canis produntur.

Ex Galeno:

Gal. lib. 8. ſimp. me.

Orchis Serapias ſicciorē facultatem obtinet, quàm vt primi ſit ordinis exiccantium. Quocirca ad Venerem non ſimiliter accommodus, atque prior Orchis. Siccatus multò etiam magis deſiccat. Habet etiā quidpiam ſub adſtringens: proinde ventrem, ex vino potus, ſiſtit.

Orchis

Orchis ſerapias maior.



Locus, & Qualitates.

Huc Serapiadis minoris hiſtoriam refer.

Palma Christi, seu, verus Hermodactylus, Auicennæ, Digiti citrini: Germanis, Stendel Vvurtz Vveyblin.

Locus, ex Matthiolo.



Nascuntur ambæ in montibus.

Qualitates ex Auicenna.

Excalfaciunt vtraque, siccántque secundo recessu. Crassa corporis excrementa pellunt. Stillaticia earum aqua Dysentericis auxilio est. Radicum decoctum, vino diutius commistum, sumptúmque tam in prandio quàm in cœna. Comitiales adiuuat. Idem facit puluis Seminis.

Hor

Horminum satiuum, Latinis, & Græcis.



Locus, ex Matthiolo.

Rara admodum planta est.


Qualitates.

Diosc. li. 3. cap. 128.

Valet ad Venerem stimulandam. Abstergit etiamnum, extrahit, & discutit.

Hormi

Horminum falſum, Geminalis, Matriſaluia, ſeu Herba Sancti Ioannis: Italis, Sclarea: Germanis, Scharlach: Gallis, Orual, ſeu, Toutebonne.



Locus ex Fuchſio.

Seritur in hortis frequentiſsimè.

Qualitates ex eodem.

Amaritudo & guſtus adſtrictio indicant ſiccum & moderatè calidum.

Hedysarum, aut Securidaca
Græcis, ἡδύσαρον.



Locus.

Dioſ.li.3.
cap.129.

Naſcitur in ſegetibus & hordeis.


Qualitates.

Gal.li.6
ſimp.me.

Semen acerbum & amarum apparet: quamobrem, potum gratum eſt ſtomacho, & viſcerum obſtructiones expurgat. Idem præſtant totius fruticis ramuli.

Onoſma

Onoſma, Oſmas, Phlonitis, vel Ononis, Latinis, & Græcis.



Locus ex Matthiolo.

Colles amat: gignitúrque in aſperis.

Dioſ. li. 3. cap. 130.

Qualitates.

Ex acri & amara conſtat ſubſtantia: proinde quoque creditur fœtus necare, & eijcere, folijs eius in vino potis.

Gale. li. 8. ſimpl. medica.

Nymphæa, ſeu, Nenuphar: Græcis, Νυμφαία: Arabibus, Nilofar, Ninofan, ſeu, Nilufar: Italis, Nymphea: Germanis, Galb, & Vveyſz ſee bluomen, ſeu, Haar vvurtz: Hiſpanis, Eſcudetes del Rio, & Higos del Rio: Gallis, Lis d'eſtang, Blanc d'eau, ſeu Iaune d'eau.



Locus.

Dio. libr. 3. ca. 131. & 132.

Naſcitur in paludibus & ſtagnantibus aquis, & Amnes amat.


Qualitates.

Gal. li. 8. ſimp. me.

Radix & ſemen deſiccant citra morſum. Radix candida potentioris eſt facultatis. Nõnullam etiam abſtergendi vim obtinet: ſed magis abſtergit radix nigra. Muliebre profluuium, ventriſque, & ſeminis, cohibent & reprimunt.

Andro

Androſaces, Latinis, & Græcis.



Locus.

Gignitur in maritimis.

Dio. li.3. cap.133.


Qualitates.

Humida & acris herba eſt. Exiccata, exhibitáque tum ipſa, tum fructus eius magnopere vrinam mouet: & nimirum diſcutit, & deſiccat.

Gale.li.6. ſimp.me.

Scolopendrium, Splenium, Seu, Hemionium : Græcis, ἄσπληνον: Arabibus, Scolofendrion, ſeu, Sculufendrion : Officinis, Italis, & Gallis, Ceterach, ſeu Scolopendre: Germanis, Hirtz zung: Hiſpanis, Doradilla.

Dioſ. li.3. cap.134.



Locus.

Naſcitur in parietibus, ſaxiſque ſiliceis, & opacis.

Qualitates.

Gale. li.6. ſimp. me.

Tenuium quidem partium, nec tamen calida herba eſt: eáque ratione lapides frangit, & lienes liquat.

Hemio

Hemionitis, siue, Splenium: Græcis, ἡμιονῖτις.



Locus.

In petrosis nascitur.


Dio. li. 3. cap. 135.

Qualitates.

Amaritudinem & adstrictionem simul possidet: quamobrem, cum aceto pota, lienosis auxilio est.

Gal. li. 6. sim. me.

Lunaria minor: Germanis, Monrauten.



Locus ex Fuchſio.

Naſcitur in montibus, indiſſolubili ſocietate iunctā cū Ophry.

Qualitates. ex eodem.

Guſtum terreſtrem habet & adſtringētem: proinde frigida & ſicca cenſetur.

Ex Matthiol.

Mirificè efficax eſt vulneribus glutinādis, itemq́; intrinſecis atque extrinſecis corporis fracturis ſanandis: celebraturque ad puerorum Enterocelas. Tota planta in puluerem conteritur. Dyſentericis item prodeſt.

Anthemis, Chamæmelum, ſeu, Chamomilla: Græcis, ἄνθεμις: Arabibus, Debonigi, ſeu Babunegi: Italis, Camamilla: Germanis, Camillen: Hiſpanis, Manzanilla: Gallis, Camomille.



Locus.

Naſcitur in aſperis, & iuxta ſemitas. Dioſ. li. 3. cap. 137.

Qualitates.

Chamæmelum tenuitate quidem, Roſæ perſimile: calore verò ad Olei facultates magis accedẽs, animali tum familiares, tum tẽperatas. In ſumma, calefacit & deſiccat primo ordine, tenuiumq́ eſt partium: ac proinde digerendi, rarefaciendi, & laxandi facultatem obtinet. Gal. li. 3. & 6 ſim. medi.

Hypecoüm Latinis, & Græcis.



Locus.

Dio.li.4. cap.63.

Nascitur in segetibus, aruisq́ue.


Qualitates.

Gal.li. 8. simi. me.

Vim refrigerandi habet, ex tertio ferè refrigerantium ordine, adeò ut parum absit à Papauere.

Tana

Tanacetum, ſiue Athanaſia: Italis, Athanaſia, ſeu Daneta: Germanis, Reynfarn: Gallis, Tannée, ſeu, Tanaiſie.



Locus, ex Fuchſio.

Naſcitur ad decurſus aquarum, & in vinearum ſcrobibus. Seritur etiam in hortis.

Qualitates, ex Matthiol.

Valet ad vētriculi et alui flatus diſcutiendos, & lũbricos ex ventre pellendos. Vtuntur etiã ad frangēdos renum calculos, & ad ciendam vrinam. Sed id viris magis quàm mulieribus commendant: contrà verò Matricariam fœminis ſolis exhibent.

Buph

Buphthalmum, siue, Oculus Bouis: Græcis, βούφθαλμον: Italis, Occhio di Bue: Germanis, Rinds aug: Gallis, Oeil de Beuf.



Dio. li. 3. cap. 139.

Locus.

Circa oppida nascitur, & in campestribus.

Qualitates.

Gal. li. 6. sim. me.

Flores habet Anthemide acriores: proinde & vehementius discutiunt, adeò vt duritias sanent Cerato misti.

Bellis,

Bellis, seu Belluis: Italis, Primo fiore, & Fior di prima vera: Germanis, Maszlieben: Gallis, Marguerites, seu, Pasquettes.

Locus, ex Matthiolo.



Seritur in hortis: & sponte nascitur in pratis et campestribus.

Qualitates. ex Matthiol.

Valent ad strumas, capitis fracturas, & vulnera Thoracis, quæ in Pectoris cauitatem vsque penetrarunt: in quẽ vsum potionibus inserunt.

Ex Fuchsio.

Calidæ sunt & siccæ. Ex acetoso tamen sapore, nonnihil frigiditatis subesse censendum est. Desiccant tamen manifestè.

Pæonia

Pæonia fœmina: Græcis, γλυκυσίδη καὶ, παιωνία: Arabib9, Feonia: Italis, Peonia: Germanis, Peonien: Hiſpanis, Roſa del Montæ, ſeu Roſa albardeira: Gallis, Pyuoine, ſeu, Pynoine.

Dio.li. 3. cap. 140.



Locus.

Naſcitur in altiſsimis Mõtibus, & præruptis.

Qualitates.

Gale.li. 8. ſim. me.

Radix guſtũ habet adſtringentem, cum quadam dulcedine: & ſi pluſculum dentibus mã das, acrimoniam & quã dam amaritudinem ſubeſſe percipies. Tenuium eſt partium, & exiccatoria: non tamen eſt inſigniter calida: ſed aut ſymmetra, aut paulò calidior. Efficaciſsima eſt ad puerorum Epilepſias.

Lith

Lithoſpermum maius, ſiue Milium ſolis: Græcis, λιθόσπερμον: Arabibus Kulb, Culb, Calt, ſeu, Calab: Italis, Milium ſolis: Germanis, Meerhirsz, & ſtrinſomen: Gallis, grand Gremil, ſeu, Herbe aux Perles.



Locus.

Naſcitur in aſperis & editis locis. Dioſ. li. 3. cap. 142.

Qualitates ex Fuchſio.

Semen Vrinas mouet: eſt ergo calidum & ſiccum ex Galeni ſententia. Gale. li. 5. ſim. me. cap. 12.

Lithoſpermũ minus: Gallis, petit Gremil.



Locus, Qualitates.

Huc refer omnem Lithoſpermi maioris hiſtoriam.

Rubia

Rubia satiua, seu Rubea tinctorum: Græcis, ἐρυθρόδανον: Arabibus, Pane, seu Fuealsa bagin: Italis, Rubbia: Germanis, Ferber roët: Hispanis, Ruuia: Gallis, Garance.

Locus.



Seritur magno quæstu. Diosc. li. 3. cap. 143.

Qualitates.

Radix acerba est, & gustu amara. Gale. li. 6. simpl. medica.

Lienem & Iecur expurgat: Vrinas crassas, multásque, ac nonnunquam etiam sanguinolentas vacuat. Modicè extergit.

Ex Fuchsio.

Excalfacit secundo ordine, & desiccat tertio.

Rubia syluestris: Gallis, Garance sauuage.



Locus.

Nascitur in petrosis, & locis insolatis.

Qualitates.

Eiusdem facultatis est, cuius Rubia maior.

Lonchitis altera, Latinis & Græcis: Germanis, Spicant.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in sitientibus, & asperis.

Qualitates.

Folia viridia ad glutinanda vulnera sunt idonea: sed sicca, cum aceto pota, lienes induratos sanant. Gale. li. 7. simp. me.

Althæa, Ibiſcus, ſeu Ebiſcus: Græcis, ἀλθαία: Arabibus, Chitini, Chathmi, Chathmie, ſeu Roſa Zaueni: Italis, Maluauiſco: Germanis, Ibiſch, ſeu, Heyl vvurtz: Hiſpanis, Yerua Cannamera, & Marmaie: Gallis, Guymauue.

Locus ex Fuchſio.



Lætis, & vliginoſis gaudet.

Qualitates.

Gale. li. 6. ſimp. me.

Facultatem habet digerendi, laxandi, phlegmone leuandi, mitigandi, & concoquendi difficilia coctu tubercula. Radix & ſemen idem agunt. Sed tenuiorũ partium, magiſque exiccatoriam & magis exterſoriam quàm illa facultatem oſtendunt. Radicis decoctum adſtringit.


Ex Fuchſio.

Folia & flores excalfaciunt & ſiccant primo ordine: radix verò ſecundo incipiente.

Alcea

Alcea, ſiue Biſmalua: Italis, Biſmalua, Malua ſaluatica, & buonviſchio: Germanis, Sigmars kraut: Hiſpanis, Malua de Vngria, & Malua monteſima: Gallis, Biſmalua.

Locus ex Matthiolo.



Naſcitur in incultis, campeſtribus, & agrorum, ſcrobiúmque marginibus, iuxta ſepes, vias, ac ſemitas.

Qualitates ex Paulo.

Radix in vino pota, dyſenteriæ & eroſionibus medetur. Ægi. li. 7.

Ex Galeno. Gal. li. 7. ſim. me.

Malua ſylueſtris digerentis paululùm & emollientis leuiter eſt facultatis. Fructus eius tanto validior, quanto & ſiccior.

Cannabis, Latinis, & Græcis: Arabibus, Scehedenegi, ſeu Canab: Italis, Canapo: Germanis, Zamer hauff: Hiſpanis, Canhamo: Gallis, Chanure.

Dio. li.3. cap.148.

Gale.li.7. ſimp.me. & li. 2 de alim.fac.



Locus.

Seritur ſemine.

Qualitates.

Semen flatus diſcutit, adeóque deſiccat, vt ſi pluſculum edatur, genituram extinguat. Concoctu eſt difficile ſtomachóque & capiti nocet, prauique eſt ſucci. Multùm calefacit: ideóque largius ſumptum vaporem emittit calidum & medicamentoſum.

Ex Fuchſio.

Semen calidum eſt & ſiccum.

Ex Matthiolo.

Cannabis recentis decoctum, expreſſa fortiter herba, terreſtrium Lumbricorum cauernulis inſperſum, ſtatim eos euocat. Ouiferaciores gallinas facit.

Anagy

Anagyris Latinis, & Græcis:
Gallis, Bois puant.



Locus ex Matthiolo.


Maris Littoribus gaudet.

Qualitates.

Acris, digerentis, excalfacientísque est facultatis. Folia virentia minus sunt acria, idcirco tumentia reprimunt. Sicca incidētis sunt exiccantisque valenter facultatis. Similem ferè facultatem habet radicis eius cortex. Semen autem magis subtilium est partium: sed & vomitum prouocat.

Gal. li. 6. simp. medica.

Anagyris minor: Plinio, Laburnum ſed falſo: Italis, Eghelo.



Locus ex Matthiolo.

Floret in montibus.

Qualitates ex eodem.

Viribus & odoris grauitate omnino priori Anagyridi ſimilis.

Cepæa

Cepæa, Latinis, & Græcis.



Locus ex Plinio.

Naſcitur in littoribus arenoſis. Pli.li.26. cap.8.

Qualitates.

Cepæa Portulacæ ſimilis eſt. Folia ipſius contra veſicæ ſcabies vtiliter bibuntur. Radix, cum Aſparago ſylueſtri pota, vrinæ ſtillicidia, quæ ex obſtructione fiunt, abigit. Aegi.li.7.

Alisma seu Damasonium, Latinis, & Græcis.



Locus.

Dios.li.3. ca. 151.

Aquosos amat tractus.

Qualitates.


Gale.li.6. simp.me.

Constitutos in renibus calculos, aqua in qua decoctum fuerit, pota, comminuit: idque casu experti sumus. Ex quo liquet absterforiam quandam facultatem illi inesse.

Hyperi

Hypericum Latinis, & Græcis, seu Perforata: Arabibus autem, Reiofricon, seu Keiofaricon: Italis, Hyperico: Germanis, S. Iohans kraut: Hispanis, Coraioncillo: Gallis, Millepertuys, seu Trucheran.

Locus ex Fuchsio.



Nascitur in incultis, asperis, & Campestribus.


Qualitates.

Calefacit, & desiccat, tenuísque substantiæ est, adeò vt vrinas & menses prouocet. Sed ad hæc totus sumendus fructus, non tantum semen. Fructus viridis; ad cicatricem ducit cùm alia, tùm etiam ambusta. Si sicco contuso inspergas, sanabis humida & putrida vlcera. Sunt qui Ischiadicis, semen bibendum propinant quadraginta diebus.

Gal. li. 8. simpl. medica.

Ascy

Aſcyrum, ſiue Aſcyroïdes, Hyperici ſpecies: Arabibus, Asbirach.



Locus.


Gale.li.6. ſimp.me. *Naſcitur in incultis, aſperis, & Campeſtribus.*

Qualitates.

Semen eius eſt purgatorium: foliorum verò facultas modicè extergens & deſiccans, vt & ambuſta ſanare credantur. In vino auſtero decocta, glutinatoria ſunt, præſertimque magnorum vulnerum.

Andro

Androsæmum, siue, Dyonisias: Arabibus, Androseman, Androsion, seu, Andresagian.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in cultis, asperis, & Campestribus.

Qualitates.

Huc refer omnem Ascyri historiam.

Coris.

Coris.



Locus ex Matthiolo.

Pli. li.26. cap. 8. *Nascitur paßim in Italia, maximéque sub Tamarica.*

Qualitates ex eodem.

Sup. eod. *Odore suaui est & grato.*

Ex Plinio.

Vis semini excalfactoria: & ideo in flatio-nem facit Enterocelis, Sed & stomacho non inutile: præcipuum ad stranguriam si exulce-rata non sit vesica.

Chamæ

Chamæpytis, Aiuga, Abiga, siue, Ibiga: Græcis, χαμαιπίτυς: Arabibus, Hamesitheos, seu, Chamasithius: Italis, Iua: Germanis, Ye lenger, Ye lyeber: Hispanis, Pinillo, & Yua artetica: Gallis, Iue muscate, seu, Chamepyteos: Officinis, Iua Arthritica.

Locus.



Nascitur in Campestribus passim.

Qualitates.

Gale.li.8. simpl.medica.

Gustu amarum saporem acri validiorem obtinet. Effectu verò expurgat abstergitque viscera plus quã calefacit. Herba viridis magna vulnera cõglutinat, & vlcera putrescentia sanat, mammarúmque durities discutit: est enim, in siccando, ordinis tertij, in calfaciendo verò secundi.

Cha

Chamæpytis altera.



Locus ex Matthiolo.

Non admodum vulgaris est Planta.

Qualitates.

Huc refer omnem prioris Chamæpytios historiam.

Betoni

Betonica, ſeu, Vetonica: Græcis, κέστρον, καὶ ψυχότροφον: Arabibus, Chaſtara: Italis, Betonica: Germanis, Betonien: Hiſpanis, Bretonica: Gallis, Betoyne.

Locus ex Fuchſio.



Gaudet Montoſis, Pratis, Syluoſis, Frigidis, & opacis locis.

Qualitates.

Vim habet incidendi, vt guſtus indicat: amarior enim & ſubacris eſt herba. Conſiſtentes in renibus calculos diuidit, & Pulmonem, thoracem, & Iecur expurgat, abſtergitque. Gal.li. 7. ſimpl. medica.

Ex Fuchſio.

Excalfacit & deſiccat primo ordine completo, aut ſecundo medio.

Bistorta, quibusdam, Britannica.



Locus ex Fuchsio.

Opacis & humidis gaudet.

Qualitates ex eodem.

Radix valde adstringit: ut videatur frigida & sicca. Botanicon, manu scriptum frigidam & siccam censet tertio ordine. Iisdem pollet viribus, quibus Tormentilla.

Tormentilla, aut, Septifolia: Græcis, ἑπτάφυλλον: Gallis, Tormentille: Germanis, Tormentill.



Locus.

Nascitur passim in locis siccis, & Campestribus.

Qualitates, ex Fuchsio.

Radix desiccat tertio ordine, absque manifesto calore.

Ex Matthiolo.

Iisdem pollet facultatibus, quibus Bistorta. Vtriusque Radices abortum prohibent bibitæ, aut Ventri, renibúsque ex aceto illitæ: Vrinæque incontinentiam supprimunt cum succo Plantaginis potæ. Stillatitia earum aqua, aut earum decoctum Venenis omnibus remedio est. Adstringunt, & Vulnera, maximè interna glutinant.

Lysimachia, siue Salicaria: Græcis, λυσιμάχιον: Germanis, Vveyderich rott: Gallis, Corneille, seu, Soucy d'eau. or Cornelo

Dio. li. 4. cap. 3



Locus.

Gignitur in aquosis, & palustribus.

Qualitates.

Gale. li. 7. simp. me.

Superantem habet qualitatem adstrictoriam, per quã & vulnera glutinat, erũpentémque ex naribus sanguinem, adhibita, compescit. Pota, Dysenterias, sanguinis reiectiones, ac muliebre profluuium sanat.

Ex Fuchsio.

Vincentem habet qualitatem adstrictoriam, & desiccatoriam.

Lysima

Lyſimachia ſecunda: Gallis, Chaſſe boſſe: Germanis, Geel Vveyderich.




Locus.

Naſcitur in aquoſis & paluſtribus, maximéque in Salicetis. Dio.li.4. cap.3.

Qualitates.

Eiuſdem eſt facultatis cuius Lyſimachia prior: Ruellio tamen efficax eſt ad Peſtilentes tumores, adhibita.

Polygonum mas, Sanguinaria, Sanguinalis, Proſerpinaca, Seminalis, Corrigiola, & Centinodia: Græcis, πολύγονον: Arabibus, Baſi alrahagi: Italis, Corrigiola, aut Centinodia: Germanis, Vveygrasz: Hiſpanis, Corriola: Gallis, Renoüée, ſeu Corrigiole.



Dio. li. 4. cap. 4.

Locus.

Repit humi, in campis, ædificiorũ areis, & in vijs publicis: eſtq́ frequentiſsima.


Qualitates.

Gal. li. 8. ſim. me.

Polygonum vti adſtrictionem quandá obtinet, ita ſanè vincit in eo aqueũ frigidum: vt ſit ſecundi ordinis refrigerãtium, aut etiam quodammodo in initio tertij. Videtur etiam deſiccatorium eſſe. Eſt & cruentorum vulnerum glutinatorium. Mas validior eſt fœmina.

Poly

Polygonum fœmina.



Locus.

Naſcitur in riguis. Dio. li. 4. cap. 4.

Qualitates.

Imbecillioris eſt ad omnia facultatis Polygono maſculo: cæterà illi ſimile. Gal. li. 8. ſim. me.

Polygonatum, ſiue, Sigillum Salomonis: Græcis, πολυγόνατον: Italis, Fraſſinella, Ginocchietto &, Sigillo di ſanta Maria: Germanis, Vveysz Vvurtz: Hiſpanis, Fraſſinella: Gallis, Genoillet, Genoilliere, &, Sigillum Salomonis.

Dio. li. 4. cap. 5.



Locus.

Naſcitur in Montibus.

Qualitates.

Gal. li. 8. ſimpl. medica.

Miſtam habet tum facultatẽ, tum qualitatem: obtinet enim adſtrictionis pariter & acrimoniæ, & amaritudinis quidpiã, & indicibilis cuiuſdã inſuauitatis. Radice tantùm ferè Vtimur. Sunt qui ex ea ſtillaticiam eliciãt aquam, ad faciem detergendam.

Matthio.

Clem

Clematis, ſiue, Vinca peruinça: Græcis, κλήματις δαφνοειδής: Italis, Prouenca: Germanis. Singruen: Hiſpanis, Peruinqua: Gallis, Peruenche.



Locus.

Humi ſerpit, Læto, pinguiq́ ſolo prouenit. Dio. li. 4. cap. 6.

Qualitates.

Profluuijs & dyſenterijs cum vino pota prodeſt, dētiumq́ dolores manſa mitigat. Vteri quoq; doloribus in Peſſo admota, vſui eſt. Gal. li. 7. ſimp. me.

Ex Aegineta

Guſtu adſtringenti eſt, et amaro, deſiccatq́ abſque mordicatione: vincentem tamen habet deſiccatoriam facultatem.

Clematis altera Dioſcoridis : Germanis, Leinen:Gallis, Liſeron:Italis, Vitalba.



Locus.

Dio.li.4. cap.7.

Repit per Arbores, vt Smilax.]

Qualitates.

Gale.li.7. ſim. me.

Folia acrem ſiue cauſticam facultatem obtinent, adeò vt lepras excorient. Fuerit itaque quarti ordinis excalfacientium initio.

Flammu

Flammula: Italis, Flammola: Gallis, espece de Liseron: Hispanis, Vitalba recta.



Locus.

Nascitur in Sepibus.

Qualitates ex Plateario.

Excalfacit desiccatq; ordine tertio, aut potius quarto.

Ex Matthiol.

Efficacissima est in morbis frigidissimis. Editur in quartanis, magno iuuamento. Oleum eius Ischiadicis, articulorum, Iliumq; doloribus, Vrinæ angustijs, & renum calculis calidum inungunt, aut Clysteribus infundunt magno successu.

Symp

Symphitum petræũ, Latinis, & Græcis.

Dio.li.4. cap.9.



Locus.

Naſcitur in petris, & Mõtibus petroſis.

Qualitates.

Gal. li. 8. ſimp.me.

Ex contrarijs conſtat facultatibus: habet enim incidẽdi vim quãpiam, & contrahẽdi. Ineſt, illi præterea humiditas quædam non immodicè calida, per quã guſtãtibus dulce apparet, & odoratu iucundum. Commanducatum ſitim extinguit.. Secundum igitur omnium ſupradictorum miſtionem, ſimul abundè digerere poteſt: ſimulq; corpora contrahere & conſtringere: vnde enterocelis imponitur.

Symp

Symphytum alterum, Solidago, ſiue Conſolida maior, quibuſdam falsò, Alum, ſeu Alus: Italis, Conſolida maggiore: Germanis, Vvalvvurtz: Hiſpanis, Suelda maiore, & Conſuelda maior: Gallis, Conſyre, Oreille d'Aſne, ſeu, Conſolida maior.

Locus ex Matthiolo.



Frequentiſſima naſcitur in pratis vliginoſis.


Qualitates.

Similem Petræo Symphito vim obtinet: nō tamen guſtantibus dulce eſt, nec odorantibus, odoratum: iiſque qualitatibus à Petræo diuerſum eſt. Cæterum quatenus viſcoſitatem quandam & mordacitatem obtinet, Scyllæ ſimile. Ad omnia facit, quæ Symphytum petræum.

Gal. li. 8. ſim. me.

Conſo

Consolida, aut Solidago minor: Gallis, Herbe au Charpentier.



Locus.

Nascitur temerè in pratis vliginosis.

Qualitates ex Matthiol.

Vulneraria est: maximeque expetitur vbi glutinare, ad stringere, & reprimere sit opus. Mirum etiam in modum prodest disruptis, fractisque internis & externis corporis partibus, illita, & intus sumpta. Folia illita vel eorum succus valde prodest vlceribus manantibus & excedentibus tum oris, tum testium, pudendorumque virilium & muliebrium,

Confolida media: Italis, Laurentina, feu, Morandola: Germanis, Guldin gunfel: Gallis, Herbe au Charpentier, Moyenne confyre, feu, Bugle.



Ex Fuchfio.

Locus.

Nafcitur in Pratis Vliginofis.

Qualitates ex Matthiol.

Iifdem pollet facultatibus quibus minor Cõfolida. Speciatim tamen pota, fanguinis grumos in Vẽtriculo, vel in alia corporis parte concretos, difijcit & diffoluit.

Guftu adftringens eft & amara: indeq; calida & ficca cenfetur.

Sani

Sanicula, siue, Vrsi Auricula: Gallis, Oreil le d'Ours.



Locus ex Matthiolo.

Copiosè nascitur in quibusdam Montibus.

Qualitates ex eodem.

Pota quotidie mirificè prodest ad Enterocelas, & Thoracis vulnera: quin & ad alia vulnera tam intus sumptum, quàm exterius illitum.

Pilo

Piloſella maior: Italis, Auricula di Topo: Germanis, Meuſzohr: Gallis, Piloſelle, ſeu Oreille de Rat.



Locus ex matthiolo.

Naſcitur in Montibus inter ſaxa. Plerunque tamen inuenitur in Sabuletis cliuoſis.

Qualitates ex eodem.

Mirifica eſt ad vulnera interna et extera glutinanda: quinetiam ad Enterocelas, tam illit aquàm pôta. Tota enim planta vehementer adſtringit: vnde dyſentericis, cœliacis, vteri profluuijs, billoſis vomitionibus, cruentis ſputis, & omnibus in vniuerſum, fracturis, opem fert, ſed præcipuè caluariæ.

Ex Fuchſio.

Guſtu acris eſt, & adſtringens: proinde deſiccare & calefacere cenſetur.

Scabiosa, quibusdam Aetij Psora: Italis, Scabiosa: Germanis, Apostemen kraut: Gallis, Scabieuse.

Locus ex Fuchsio.



Nascitur in pratis vliginosis.

Qualitates ex eodem.

Amaritudo indicat calidam esse & siccam, eiusdémque temperaturæ, cuius Morsus Diaboli.


Ex Matthiolo.

Decoctum illius potum quotidie, aut succus herbæ, per se, aut vnguentis additus & illitus mirificè prodest aduersus scabiem. Anthracibus pestiferis vtiliter illinitur: adeò vt lethales abscessus trium horarum spatio prorsus abolere existimetur. Pota, prodest omnibus pectoris vitiis.

Pery

Periclymenum, Syluæ Mater, Volucrum maius, Matrissylua, Lilium inter spinas, seu Caprifolium: Græcis, περικλύμενον: Italis, Vinci bosco, Matriselua, seu Caprifoglio: Germanis, Geyszblatt: Hispanis, Madresylua: Gallis, Cheurefueil.

Locus.



Nascitur in aruis ac Sepibus, conuoluens se adminiculis propter assidentibus.

Dios. li. 4. cap. 13.

Qualitates.

Fructus & folia adeò vehementer incidētis, simul & excalfacientis facultatis sunt, vt si plusculum bibatur vrinam sanguinolentam efficiant: quanquam principio vrinam tantum moueant. Illita cum oleo excalfaciunt. Semen quoque desiccat. Dosis est drachmæ pondus cum vino, si tamen copiosius bibatur sterilitatem adfert.

Gale. li. 8. simpl. medica.

Tribulus terrestris: Græcis, τρίβολος χερσαῖος: Arabibus, Hasach, seu Haserk: Italis, Triboloterrestre: Germanis, Vvaltek letlin: Gallis, Chaussetrappes, seu Saligotz terrestres.

Theoph. libr. 6. de nat. plan. cap. 5.

Locus ex Theophrasto.



Apud septa villarum erumpit: & iuxta Amnes & rudera nascitur.

Qualitates.

Dio. li. 4. cap. 13. Gal. li. 7. sim. me.

Tribulus ex humida essentia modicè frigida, & sicca non mediocriter, & ipsa frigida, componitur. In terrestri tamen superat terreũ frigidũ, quod & adstringens ostendimus: in aquatico verò aqueum. Fructus terrestris, cùm sit tenuium partium potus, lapides in renibus comminuit. Congruunt autem vtrique contra omnes influxus.

Tri

Tribulus aquaticus: Græcis, τρίβολος ἔνυδρος: Italis, Tribolo aquatico: Germanis, Vvassernusz, Secknusz, aut Kern nusz: Hispanis, Abroyos, & Abrollos: Gallis, Saligotz, Escharbotz, Chastaignes d'eau, seu Truffles d'eau.



Locus.

Aquis & fluminibus familiare.

Dio. li. 4. cap. 13.

Qualitates.

Huc refer omnem Tribuli terrestris historiam.

Saxifraga: Græcis, σαξίφραγον, καὶ σαξίφραγον: Italis, Saſſifragia: Germanis, Steyn brech Gallis, Perce-pierre.



Locus.

Dio. li. 4. cap. 15.

In petris naſcitur & aſperis locis: maximéque in maritimis, & ad fluuiorum ripas aſperas.

Qualitates ex Matthiolo.

Expetitur ad renum & veſicæ calculos comminuendos, & ad vrinam remoratam ciendam.

Limo

Limonium, Pyrola, Beta syluestris, Tintinnabulũ terræ, officinisque, Behen rubrum: Græcis, λειμώνιον: Italis, Behen rosso: Germanis, Glid vveych: Gallis, Bete des Prez.

Locus.



Nascitur in pratis, & palustribus.

Dio.li.4. cap.16.

Qualitates.

Semen, vt pote austerum, cœliacis disentericis, sanguinem spuentibus et ad profluuium muliebre exhibẽt acetabuli mensura.

Gal. li.7. simp.me.

Ex Fuchsio.

Folia & semen valde adstringunt: semen autem desiccat tertio ordine.

Limonium alterum.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in pratis vliginoſis, & in paluſtribus.

Qualitates.

Eandem vim habet quam Limonium prius.

Cario

Cariophyllata, Herba benedicta, aut Sana munda: Italis, Gariofillata: Germanis, Benedictē vvurtz: Gallis, Benoiste, Galliot, aut Ressize.

Locus ex Fucsio,



Seritur in hortis ad intinctus: & sponte nascitur in montibus, locisque opacis & iuxta sepes.


Qualitates ex eodem.

Desiccat & calefacit secūdo ordine. Folia & radix gustu valde adstringunt.

Ex Matthiolo.

Bibitur ad interna thoracis vulnera, ad Enterocelas, & ad dysentericos & cœliacos affectus, Radix attenuat, discutit, adstringit, & roborat.

Gladiolus segetalis, aut Machæronion: Græcis, ξιφίον: Arabibus, kasiflon: Italis, Gladiolo, seu Monacuccie: Germanis, Schvvertel: Gallis, petit Glayeul de marais.



Locus.

Nascitur in Aruis, & Pratis.

Dio. li. 4. cap. 20. Gal. li. 8. simpl. medica.

Qualitates.

Radix superior attrahentem, digerentem, & exiccantem facultatem poßidet.

Sparganium, seu Carex: Græcis, σπαργάνιον: Arabibus, Safarhe ramon: Germanis, Riedtgrasz.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in Montium radicibus.

Qualitates.

Desiccantis est facultatis.

Gal. li. 8. simp. medica.

Spatu

Spatula fœtida, aut, Sphatuda fœtida: Græcis, ξύρις: Gallis, Glayeul puant.

Locus ex Matthiolo.



Nascitur in aquosis.

Qualitates.

Gal. li. 8. sim. me.

Xyris tenuium partium, attractoriæ, digerendi, ac nimirum etiam desiccandi est facultatis, cũ radix, tum multò etiam magis eius fructus: qui quidem & vrinam ciet, & lienes induratos sanare potest.

Ex Fuchsio.

Insignis est acrimoniæ, vehementer enim linguam vellicat & incendit: ex quo conijcitur calidam & siccam esse.

Anchu

Anchusa, Onoclæa, seu Calyx: Græcis, ἄγχουσα: Italis, Ancusa: Germanis, Rott ochsen zung: Hispanis, Soagem: Gallis, Orcanette.

Locus.



Læto solo nascitur. Dio. li. 4. cap. 23.

Qualitates.

Radicem habet admodum refrigerãtem, & desiccantem, tum adstringentem, & subamaram, tum quæ sufficiat extenuandis, & extergẽdis humoribus biliosis, corporibúsque condensandis. Folia imbecilliora sunt radice: adstringunt tamen & ipsa, & desiccant. Gale. li. 6. simp. me.

Anchu

Anchusa altera, Alcibiadion, seu Onochelos: Gallis, Seconde Orcanette.



Locus.

In sabulosis nascitur.

Dio. li. 4. cap. 23. Gal. li. 6 simp. me.

Qualitates.

Onochelos calidior est Lycopside, & magis medicata: nam plusculum & gustu ipso protinus acrimoniæ. Porrò Lycopsis refrigerat & desiccat: magisque radix eius quàm Onocleæ adstringit.

Anchuſa tertia, ſiue Anchuſa parua.



Locus.

In ſabuloſis naſcitur.

Qualitates.

Alcibiadio perſimilis eſt: verùm calidior eſt & amarior, magiſque medicata: ac proinde ad latos lumbricos peridonea.

Gale. li. 6. ſimp. me.

Ex Dioſcoride.

Si manducatum ſemen in ſerpentis fauces inſpuatur, eam interficiet.

Dio. li. 4. cap. 23.

Echium

Echium, Dorias, Alcibium, seu, Buglossum agreste: Græcis, ἔχιον: Italis, Buglosa saluatica: Germanis, Vvild ochsen zung: Hispanis, Yerua della biuora: Gallis, Buglose sauuage.

Locus ex Fuchsio.



Nascitur vbique ferè in viis, & semitis, locisque asperis & incultis.

Qualitates ex Paulo.

Ægi.li.7.

Herba non modò à serpente demorsis, cũ vino pota, auxiliatur: sed præsumentes quoq; ex ictu nihil molestũ pati sinit. Semen idem præstat munus.

Ex Fuchsio.

Gale.li.5 simp.me. cap.20.

Lac generat. Ex Galeno ergo calefacit, nec tamen valde desiccat.

Ocima

Ocimaſtrum, ſeu, Ocimoïdes: Græcis, ὠκιμοειδές, ἢ, φιλεταίριον: Italis, Baſilico ſaluatico. Germanis, Vvild Baſilien: Hiſpanis, Albahaqua monteſina: Gallis, Baſilic ſauuage.



Locus ex Matthiolo.

Paßim naſcitur inter ſegetes, prope ſepta, & in agrorum marginibus.

Qualitates.

Radix ſuperuacanea eſt: ſemen autem tenuium partium, & deſiccantis citra mordacitatem facultatis eſt. Gal. li.8. ſim. me.

Ocimum aquaticum, ſeu Echinos: Græcis, ἔχινος: Italis, Baſilico aquatico: Hiſpanis, Baſilgo de agoa: Gallis, Baſilic d'eau.



Locus.

Naſcitur apud fontes & fluuios.

Dio.li. 4. cap.27. Gale.li.6. ſimpl.medica.

Qualitates.

Semen acerbum eſt ac proinde repellentis & exiccatoriæ facultatis.

Gra

Gramen: Græcis, ἄγρωστις: Arabibus, Vagem, Negen, Negien, Thel, Kel, seu, Negil: Italis, Gramigna: Germanis, Grasz: Hispanis, Grama, & Gramenha: Gallis, Dent de Chien.



Locus.

Iuxta vias nascitur. Dio. libr. 4. ca. 28.

Qualitates.

Gale. li. 6. sim. me.

Radix mediocriter frigida est & sicca, mordacitatem quandam exiguam & partium tenuitatem obtinens. Herba primo quidem excessu refrigerat: in humiditate & siccitate moderata. Semen imbecillum est. Radix esculenta est viridis: dulcis enim est instar aquæ: sed tamen acre quiddam exiguum, & subacerbum obtinet.

Sideritis prima, aut Sideritis Heraclea, ſeu Herculea: Arabibus, Sidrichis.



Locus.

Dio. li. 4. cap. 29.

Naſcitur in petroſis.

Qualitates.

Gal. li. 8. ſimp. me.

Sideritis habet quidem etiam abſtergendi quandam facultatem. ſed plurima eius pars humida eſt, & mediocriter frigida. Paucula verò ineſt adſtrictio: quare phlegmonem ſedat & glutinat.

Sideritis altera.



Locus, ex Matthiolo.

Non admodum frequens est planta.

Dio.li.4. cap.30.

Qualitates.

Huius vis, foliorúmque ad vulnera præcipua est: cætera priori Sideriti similis.

Sideritis tertia, quibusdam Heraclea.



Locus.

Nascitur in maceriis, & vineis.

Dio. li. 4. cap. 31.

Qualitates ex Diosco.

Huius ea vis est, vt quamuis recenti vulneri imposita, sanguinem supprimat: cæterà Sideriti primæ similis.

Achillea

Achillea sideritis: Græcis, ἀχίλλειος: Arabibus, Sichritis, &, Egilos.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in incultis & campestribus.

Qualitates.

Achillea Sideritin viribus æmulatur: caterùm adstrictione exuperat: quare ad sanguinis eruptiones, Dysenterias, & muliebre profluuium congruit.

Rubus, aut Sentis: Græcis, βάτος: Arabibus, Buleich, & Haleich: Italis, Rouo: Germanis, Bramen, aut, Katzen: Hispanis, Carza: Gallis, Ronce.

Theo. de na. plan. li 3. c. 18.

Locus.




Sepibus, frutetisq; implicatur, aut humi serpit, aut in altum tollitur, arboris instar crassescẽs.

Qualitates.

Gal. li. 6. sim. me.

Folia, germina, flos, fructus, & radix qualitate adstringente participant, eaq; non obscura. Sed folia mollia & recens nata plurimũ in se habent substãtiæ aqueæ, parum verò adstrictionis: eadem ratione & germina: quæ constant ex terrea & frigida essentia, & aquea, tepida. Fructus maturus nõ parũ habet succi calidi tẽperati, modiceq; adstringit. Immaturus valde exiccatorius est, ob terreã quã abũdat substãtiã. Flos fructui ĩmaturo par est. Radix autẽ adstringit, & tenuiũ est partiũ.

Helxine cissampelos, Conuoluulus minor, Volubilis media, siue Vitealis: Græcis, ἐλξίνη κισσάμπελος: Arabibus, Acsin: Italis, Vilucchio minore, seu, Minutola: Germanis, Mittel Vvind: Hispanis, Campanella Yerua: Gallis, Campanette, Clochette, Vitreole, seu petit Liset.



Locus.

Nascitur in sepibus, vinetis, & segetibus. Dio. li. 4. cap. 35.

Qualitates.


Digerendi facultatem habet. Gal. li. 6. sim. me.

Ex Fuchsio.

Calefacit.

Nummularia, Centummorbia, quibusdam, species Lunariæ minoris: Italis, Numularia: Germanis, Pfenningkraut.

Locus ex Matthiolo.



Nascitur in scrobium marginibus, præsertim vligine madentibus.

Qualitates, ex Fuchsio.

Valde adstringit gustu: ex quo desiccare videtur secundo aut tertio ordine.

Ex Matthiolo.

Glutinandi & cohibendi facultate prædita est.

Eupa

Eupatorium Græcorum, Hepatorium, siue, Agrimonia: Græcis, ἠπατώριον: Arabibus, Cafat, Cifit, seu, Gafet: Italis, Agrimonia: Germanis, Odermenig: Hispanis, Agramonia: Gallis, Agrimoine.



Locus ex Fuchsio.

Nascitur in Montibus, campestribus, pratisq́ue, & secus vias.

Qualitates.

Eupatoriũ herba tenuium partium, incidendi, extergendique facultatẽ citra manifestam caliditatem obtinet. Quocirca obstructiones iocinoris expurgat. Inest ei & adstrictio modica, per quam robur visceri addit.

Gale. li. 5. simp l. med.

Eupa

Eupatorium Auicennæ, siue, Eupatorium Officinarum, Ruellio autem falsò Hydropiperis secunda species.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in vliginosis locis, & in scrobium marginibus.

Qualitates ex Matthiolo.

Ex amaritudine & odoris præstantia qua pollet tota planta, percipi potest id & obstructiones aperire, & crassos lentosq́ humores mirificè incidere posse. *Poten*

Potentilla, Protentilla, ſeu Agrimonia ſylueſtris, aut Tanacetum ſylueſtre: Germanis, Gren ſing: Italis, Potentilla: Gallis, Agrimoine ſauuage.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in vliginoſis locis, & propter ſemitas.

Qualitates ex eodem.

Vniuerſa planta adſtrictoria et exiccatoria facultate pollet. Idcirco mulierũ profluuia, & dyſenterias cohibet, & vulnera recentia glutinat. Prodeſt item & ſanguinem reijcientibus. Pudẽdorum & oris vlcera ſanat. Firmat commotos dentes, ſtringitq́ gingiuas, & dentium dolorem mulcet, ſi eius decocto os ſæpius colluatur.

Quinq

Quinque folium: Græcis, πεντάφυλλον: Italis Cinquefoglio: Germanis, Vveiſz funff, ſeu, Fingerkraut: Hiſpani, Cinco en rama: Gallis, Quintefueille.

Locus.

Dioſc. li. 4. ca. 38.



Naſcitur in riguis, & aquarijs ductibus.

Qualitates.

Gal. li. 8. ſim. me.

Radix deſiccat vehementer: minimùm verò acris eſt: quare in multo eſt vſu, velut alia quoque omnia, quæ cùm ſint tenuium partium, citra morſum deſiccant. Eſt enim hæc radix deſiccatoria ex tertio quodammodo ordine, minimùm habens euidentis qualitatis.

Diapen

Diapensia, siue, Sanicula. Germanis, Sanickel: Gallis, Saniclet.

Locus ex Fuchsio.



Nascitur in Syluis opacis, in campestribus, & prope aquaductus.

Qualitates ex eodem.

Amaritudinem & adstrictionem gustu præ se fert: proinde videtur calefacere & siccare secundo ordine.

Ex Matthiolo.

Chirurgici maximè vtuntur ad intrinseca vulnera, enterocelas, & fistulas, eius puluerē, vel decoctum potui exhibentis: quinetiam ea vtuntur ad morbos omnes vbi adstringenti solidantique medicamine sit opus.

Fra

Fragaria: Græcis, κόμαρος: Italis, Fraghe: Germanis, Erdt ber kraut: Gallis, Fraiſier.

Locus ex Fuchſio.



Sponte naſcitur in ſyluis, dumetis, montibus opacis, & ſecus vias: ſeritur etiamnum in hortis.

Qualitates ex Matthiol.

Fragaria refrigerat ordine primo, ſiccatq; ſecūdo.

Ex Serapione.

Calefacit & ſiccat ſecundo ordine.

Ex Fuchſio.

Folia, guſtu, amara ſunt & adſtringentia: vnde conijcere licet deſiccatoria eſſe, non autem humida.

Euph

Euphragia, Euphrasia, siue Ocularia: Græcis, ἐυφρωσύνη, καὶ ὀφθαλμική: Italis, Eufrasia: Germanis, Augentrost: Gallis, Eufraise.

Locus ex Fuchsio.



Nascitur temerè in Pratis, & Cliuosis insolatis.

Qualitates ex eodem.

Desiccat & calefacit manifestè.


Ex Matthiolo.

Sicca & recens in cibis diutius sumpta, vel in medicamentis, præstat valenter ad omnia impedimenta quæ oculorum claritati officiũt. Vinum quod ex ea fit senum oculos iuuenescere facit.

Lolium murinum, siue Hordeum murinum: Græcis, φοίνιξ: Italis, Gioglio saluatico: Germanis, Vvaldt trohr, seu Bintzenhelmer: Gallis, Yuraye sauuage.

Locus.

Dio. li. 4. cap. 39.



Nascitur in aruis, tectisque recenter illitis.

Qualitates ex Plinio.

Trita, è vino pota herba, præclarè ciet menses.

Ex Dioscoride.

Pli. li. 22. cap. 25.

Pota in vino austero alui profluuium, & emanantem vulua sanguinem sistit, vrinæque impetus infræmit.

Rhodia

Rhodia radix : Græcis, ῥοδία ῥίζα: Italis, Radice Rhodia: Germanis, Rosen vvurtz.



Locus ex Matthiolo.

Non adeò vulgaris est planta: etsi ea facilè in Apennino & Gargano montibus nascatur.


Qualitates.

Tenuium partium, & discutientis est facultatis. Calefacit autem secundo ordine, aut tertio incipiente.

Gal. li.8. simpl.medica.

Equiſetum, ſeu Cauda Equina: Græcis, ἵππουρις: Arabibus, Dhenben alchail, Dhenib alchi, ſeu Daneb alchail: Italis, Aſperella, ſeu Coda di Cauallo: Germanis, Roſz ſchvvantz: Hiſpanis, Coda de Mula, ſeu Rabo de Mula: Gallis, Queue de Cheual, Prelle, ſeu Cheualine.

Locus.



In riguis & ſcrobibus naſcitur.

Qualitates.

Dioſ. li. 4. cap. 43.

Adſtringentem cũ amaritudine facultatem poßidet: ac proinde valenter, ſimúlque citra mordacitatẽ exiccat. Vulnera maxima, cataplaſmate impoſita, conglutinat, etiam ſi præſectos eſſe neruos contingat: Præterea Enterocelas mirificè conglutinat.

Coc

Coccum infectorium, Granum infectorium, siue Coccus Baphica, Græcis, κόκκος βαφική: Arabibus, Charmé, Kermes, & Chermes: Italis, Graña de Tintori: Germanis, Scharlach ber: Hispanis, Grana para tennir, & Grana en Grano: Gallis, Graine d'escarlatte.



Locus.

Optimum gignitur in Galatia, & Armenia: deinde Asia, & Cilicia: Vltimum ex omnibus Hispanicum,

Dio. li. 4. cap. 43.


Qualitates.

Granum tinctorium adstringentem simúlqueamaram facultatem poßidet, Vtraque sine morsu desiccat: proinde ad ingentia vulnera congruit, præsertímque neruorum, tritum cum aceto, aut Oxymelite.

Gale. li. 7. simpl. medica.

Pimpinella ſaxifragia, Saxifragia hircina, ſiue Sanguiſorba : Germanis , Hergots baertlin.

Locus ex Fuchſio.



Naſcitur in Campeſtribus , incultis, ſiccis, & locis inſolatis.

Qualitates ex Matthiolo.

Radix in qua vis tota conſiſtit excalfacit, ſiccatque ordine ſecundo completo, aut ſanè tertio incipiente. Præſtat ad renũ & veſicæ calculos: expedit enim renes & veſicam calculis, & vrinam remoratam pellit. Succus radicum ex vino hauſtus deleterijs medicamentis & venenoſorum animalium morſibus prodeſt: qua ratione ad peſtilentiam radices has laudibus miris efferunt.

Pimpi

Pimpinella, Pampinula, ſeu Bipennula: Italis, Pimpinella, aut Solbaſtrella: Germanis, Bibenell: Gallis, Pimpenelle.

Locus ex Fuchſio.



Naſcitur frequentiſſima in Frutetis, et locis opacis: ſeritúrque in hortis ad acetarias.

Qualitates ex eodem.

Calefacit & deſiccat ſecundo ordine intenſo, aut tertio incipiente.

Ex Matthiolo.

Guſtata non leuiter adſtringit, & lentoris copiam præbet: Vnde facilè conijcitur eam eſſe adſtrictoriæ facultatis. Vulnera igitur & Vlcera ſanat. Contagioſis, peſtilentibúſque febribus maximè commendatur.

Tragum, siue Scorpio, aut Traganos: Græcis, τράγος καὶ σκορπίος.



Locus.

Nascitur in maritimis.

Qualitates ex Diosco.

Dio. li. 4. cap. 46. *Racemorum acini decem ex vino poti, cœliacis & fœminis fluxione vuluæ laborantibus auxiliantur.*

Iuncus

Iuncus: Græcis, σχοῖνος: Arabibus, Dis: Italis, Giunco: Germanis, Bintzen ſchmelen: Hiſpanis, Ionco: Gallis, Ionc.

Locus ex Matthiolo.



Proptèr ſtagnantes aquas naſcitur.

Qualitates.

Iuncus ſterilis nullius in medicina vſus eſt, Semen fertilis conſtat ex temperie terrena, eſſentiáque leuiter frigida, & aquea leuiter calida: vt & inferna deſiccare poßit, & ſenſim frigidos ad caput vapores ſubmittere, quibus ſomnum conciliet.

Gal. li. 8. ſimp. me.

Hepatica, siue Lichen: Græcis λειχὴν: Arabibus, Azez alsacher: Italis, Lichene: Germanis, Stein laberkraut, seu Brunnen leber kraut: Hispanis, Epatica, seu Figadella: Gallis, Epatique, seu Porcorau.

Locus.

Diosc.li.4. cap. 48.



Aspergino sis petris adheret, vt Muscus.

Qualitates.

Gale.li.6. simp.me.

Extergentem ac modicè refrigerantem facultatem habet, vtramque verò resicccantem. Porrò quod ex talibus substantijs componitur, aduersum esse inflammationi nil mirum est.

Pul

Pulmonaria: Gallis. Herbe aux Poulmons.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in opacis.

Qualitates ex eodem.

Mirificè confert ad Pulmonis Vlcera sananda, & ad sanguinis reiectionem. Qua in re decoquitur ad dimidias, datúrque decoctum potandum addito saccharo: Vel succus ex ea expressus serapij modo cum saccharo paratus.

Saxi

Saxifragia, Ruta parietum, seu Paronychia: Græcis, παρονυχία: Gallis, Percepierre.

Locus ex Matthiolo.

Dio.li.4. cap.49.



Nascitur in petris, & siccis arborum trũcis, & in syluis opacis inter saxa.

Qualitates.

Gal.lib.8. simp.me.

Paronychia ab effectu nominata est: sanat enim Paronychias, fauósque. Vis eius est tenuiũ partium, & exiccatoria morsu vacãs. Digerit etiam: éstque calida & sicca tertio ordine: tenuiúmque partium.

Heli

Helichryſum Latinis, & Græcis: Galeno, Amaranthum croceum.



Locus.

Naſcitur in aſperis, & torrentium alueis, & ſecundum Plinium, in frutetis.

Dio.li.4. cap.52. Pli. li.21. cap.25.

Qualitates.

Facultatis eſt incidentis, & extenuantis. Coma igitur eius menſes cum vino pota educit, et grumos ſanguinis liquare creditur, non ſolùm in ventre, ſed & in veſica, pota cum mulſo: deſiccátque, ſimpliciter pota, omnes fluxiones, quanquam ſit ſtomacho infeſta.

Gale.li.6. ſimpl.medica.

Ama

Amarantum purpureum : Italis, Fior velluto: Germanis, Samat bluom, seu, Floramor : Gallis, Passe-velours.

Locus, ex Fuchsio.



Seritur in hortis, ad coronamēta, & vliginosis solóque tenaci gaudet.

Qualitates, ex Matthiolo.

Huic facultas inest frigida & sicca: proinde flos eius potus, cœliacos & dysentericos iuuat, mensiūq; abundantiam cohibet, & albas vteri fluxiones. Quinetiam cruenta expuentibus prodest: præsertim si in pulmone vel pectore vas aliquod fractum fuerit.

Chry

Chrysanthemum, Caltha, seu Buphthalmos Latinis, & Græcis.



Locus.

Propter Oppida nascitur.

Qualitates, ex Dioscoride.

Dio.li.4. cap.53.

Flores cum cerato triti Steatomata discutere produntur. Regio morbo correptis colorem bonum breui reddunt, si sequente longo balnei v̄su, post exitum ebibantur.

Agera

Ageratum: Italis, Herba Giulia: Officinis, Eupatorium Mesue.



Locus ex Matthiolo.

Paßim naſcitur.

Qualitates.

Gale.li.7. simp.me. *Digerit, & inflammationes leuiter quodammodo reſoluit.*

Ageratum

Verbenaca recta, Verbena mas, Columbina, siue, Columbaris: Græcis, περιστερεὼν ὄρθος: Italis, Verminacola, Berbena, & Berbenaca: Germanis, Eisen kraut: Gallis, Veruaine masle.



Locus.

Nascitur in aquosis. Dio.li.4. cap.55.

Qualitates.

Vim habet adeo exiccantem, ut vulnera glutinet Verbenaca recta maximè discutit, & perfectè corroborat, præsertim viridis, imò & arida cum radicibus & simul cum Serpyllo oleo incocta. Gale. li.8. sim. me. & li.2. de cõp. medica. sec. loc.

Astragalus Latinis, & Græcis: Gallis Chiches de Montaigne.



Locus.

Dios. li.4. cap.57.

Nascitur in ventosis, opacis, & niualibus.

Qualitates.

Gale. li.6. simpl. medica.

Radices habet adstrictorias: éstque in numero non instrenuè exiccantium. Nam vlcera vetera cicatrice obducit, & aluum fluxu tentatam sistit, si quis in vino decoctam radicem bibat.

Hiacin

Hyacinthus Latinis, & Græcis: Italis, Cipolle Canine, seu, Hiacyntho: Germanis, Mertzen bluomen: Hispanis, Mayos flores: Gallis, Iacinthe, seu Vaciet.



Locus, ex Matthiolo.

Nascitur vbique in Campestribus inter segetes, & in Syluis prouenit.

Qualitates.

Radix primi est ordinis in desiccando, secundi verò completi, aut certè tertij incipientis in refrigerando. Itaque pueros diutissimè seruare impuberes illita cum vino creditur. Semen leuiter extergit & adstringit: ordine tertio quadamtenus desiccans: cæterùm in medio consistens caliditatis & frigiditatis.

Gale.li.8. sim.me.

Papauer erraticum, ſeu Papauer Rhoeas: Græcis, μήκων ῥοιάς: Italis, Papauero ſaluatico: Germanis, Klapper roſen: Hiſpanis, Amapollia, ſeu Papoulla: Gallis, Pauot ſauuage, Confanons, Ponceau, ſeu Coquelicot.



Locus.

Vere in Aruis cum hordeo naſcitur.

Qualitates.

Dio. li. 4. cap. 59.

Semen validè refrigerat: ita vt nequaquam eo quis innoxiè ſolo vti poßit, ſicut ſatiuo ſiue domeſtico, melli admiſcens. Admodum verò, ſi ita ſumptum ſit, ſomnum conciliat.

Papa

Papauer hortenſe, ſiue Satiuum: Græcis, μήκων ἥμερος: Arabibus, Thaxthax, ſeu Chaschas: Italis, Papauero domeſtico: Germanis, Mag ſomen: Hiſpanis, Dormidera: Gallis, Pauot blanc, ſeu Pauot priué.



Locus.

Hortenſe eſt.

Qualitates.

Papauerum facultas refrigeratoria eſt. Semen mediocriter ſomnum conciliat: proinde pani ipſum inſpergunt, ac melle maceratum edunt. Dio. li. 4. cap. 60.

Ex Fuchſio.

Refrigerat quarto ordine, ſicut cætera Papauerum genera.

Papauer corniculatum, ſiue cornutum: Græcis, μήκων κερατίτης: Arabibus, Almacharam: Italis, Papauero cornuto: Germanis, Gelbolmagen, Moen, &, Beel magſamen: Hiſpanis, Dormidera marina: Gallis, Pauot cornu.

Dio. li. 4. cap. 61. Gal. li. 7. ſim. me.



Locus.

Naſcitur in maritimis & aſperis,

Qualitates.

Vim habet incidendi & abſtergendi. Radix herbæ, in aqua decocta, ad dimidium, hepaticos affectus adiuuat. Folia, & flores ſordida admodũ & maligna Vlcera iuuant. Sed ab his abſtinere oportet Vlceribus iam expurgatis: adeò enim abſtergere Valent, Vt puræ quoque carnis nonnihil eliquent.

Hype

Parthenium, ſeu, Matricaria: Græcis, παρθένιον: Arabibus, Achuen, Vchuen, Achuan, ſiue, Alachuan: Italis, Matricaria, & Amarella: Germanis, Muotter kraut, ſeu Mettrã: Gallis, Matricaire, Maronne, ſeu, Herbe de la Mere.

Locus ex Matthiolo.



Seritur in hortis, & ſponte prouenit in locis calidis.

Qualitates.

Bilẽ & pituitam extrahit non ſecus atque Epithymum, ſiccata, & pota cum Aceto mulſo. Decoctum inſeßionibus accommodatur ad inflammationes, et duritiẽ vuluarũ.

Dioſ. li. 3. cap. 138.

Ex Fuchſio.

Calefacit & deſiccat moderatè.

Hyoſciamus, Apollinaris, Altercum, ſine, Faba Suilla: Græcis, Ὑοσκύαμος: Arabibus Bengi: Italis, Iuſquiamo: Hiſpanis, Velenho Gallis, Iuſquiame, ſeu, Hanebane: Germanis, Bilſomen, ſeu, Bilſen.

Locus ex Fuchſio.



Naſcitur in Agrorum & ſcrobium marginibus, & inter rudera.

Qualitates.

Gale. lib. 8. ſimpl. medica.

Hyoſciamus, cui ſemen atrum eſt, inſaniam ac soporem adfert. Hinc autem, is cui ſemē mediocriter flauum eſt, propinquam facultatē obtinet. Vtrique fugiendi ſunt, vt inutiles, veneniſi & deleterij. Cæterum cui ſemē ac flos candidus eſt, ex tertio quodammodo eſt ordine refrigerantium. Oleum, quod ex ſemine elicitur pſilothrum eſt.

Pſyl

Psyllium, siue herba pulicaris: Græcis, ψύλλιον: Arabibus, Bazora chathona, seu, Bezer cothume: Italis, Psillio: Germanis, Psilien kraut: Hispanis, Zargatona: Gallis, Herbe á puces.



Locus

In aruis & incultis nascitur. Diosc. lib. 4. cap. 55

Qualitate.

Semen admodum utile est, ex secundo refrigerantiũ ordine: in desiccando verò & humectando medium quodammodo est, & symmetrum. Galen. li. 8. simpl. medica.

Solanum hortense, Solatrum, siue Morella: Græcis, στρύχνος κηπαῖος: Arabibus, Hameba thanaleb, Hameb alchahaich: seu, Hanalalthaleb: Italis, Solatro: Germanis, Nachtschadt Hispanis, Yerua mora: Gallis, Solatrum, seu, Morelle.

Locus ex Fuchsio.



Nascitur passim in opacis, & secus vias.

Qualitates.

Galen. li. 5. & 8. sim. me.

Vtimur eo ad omnia quæ refrigerari, ad stringique postulant: potest enim hæc duo ordine secundo: in gradu verò siccitatis & humiditatis ferè symmetrum est.

Sola

Solanum halicacabum, Veſicaria, Halicacabus, ſiue Alkakẽgi: Græcis, στρύχνος ἁλικάκαβος, ἢ. φυσαλίς: Arabibus, kekengi, Alkekẽgi, & Kekenegi: Italis, Halicacabo: Germanis, Iuden Kirſen, ſeu, Boberellen: Hiſpanis, Bexiga di perro: Gallis, Baguenaudes.

Locus, ex Fuchſio.



Naſcitur in vinetis:

Qualitates.

Halicacabum in foliorũ facultate hortenſi Solano ſimile eſt, fructum habens ciendæ vrinæ idoneum: proinde multis cõpoſitis facultatibus, quæ ad iecur, ad veſicã, & renes acommodantur, miſcetur.

Gal. li.8. ſim. me.

Solan

Solanum somniferum, siue, Solatrum soporiferum: Græcis, στρύχνος ὑπνωτικός: Gallis, Solatrũ dormitif: Germanis, Dollkraut, aut, Schlaffkraut.

Diosc. lib. 4. ca. 68.

Gal. lib. 8. sim. med.



Locus

Nascitur in saxis, non procul à Mari.

Qualitates.

Papaueris succo persimilis est, cortex radicis, nisi quod eousque imbecillius est, vt tertij habeatur ordinis refrigerantium, cùm Opium sit quarti. Semen vrinam ciendi vim habet, verũ si plus duodecim Corymbis hauseris, dementiam furiã ve asciscet. Radicis cortex desiccat secundo ordine completo, & tertio incipiente: refrigerat verò secundo incipiente. Quatuor drachmæ sumptæ mortem inferunt, pauciores insaniam. Vna innoxiè sumitur.

Solan

Solanum somniferum alterum.



Locus.

Nascitur inter saxa.

Qualitates.

Huc refert omnem Solani soporiferi historiam.

Sola

Solanum quintum, ſiue Solatrum maius: Gallis, Solatrum dormitif commun: Italis, Herba bella Donna: Quibuſdam cenſetur tertia Theophraſti Mandragora.

Theo. li. 6. de na. plan. c. 2.



Locus.

Naſcitur in Montibus inter ſaxa, & ſeritur in hortis.

Qualitates ex Matthiolo.

Eandem vim habet quam Solanũ ſomnificum. Eius baccæ, largius ſumptæ, interficiunt, facto inexpugnabili ſomno.

Stra

Stramonia: Germanis, Rauchoepffel, aut Stechoepffel: Gallis, Põme espineuse: Italis, Pomo spinoso.



Locus ex Fuchsio.

Seritur in hortis.

Qualitates ex Matthiolo.

Plerique existimant hanc viribus Solano non dissimilibus præditam esse.

Man

Mandragoras mas siue candidus, Antimelus, aut Circea: Græcis, μανδραγόρας: Arabibus, Iabora, & yabroach: Italis, Mādragora: Germanis, Alraun: Hispanis, Mandracola: Gallis, Mandragore, seu, Mandegloire.

Locus ex Matthiolo.



Nascitur in Montibus, maximè in Gargano Mōte Apuliæ: & seritur in hortis, fouetúrque in fictilibus, spectaculi gratia

Qualitates.

Gale. lib. 7. simpl. medic.

Vincentem habet facultatem refrigeratoriam, adeò vt tertij sit ordinis refrigerantium. Veruntamen & caliditatis cuiusdam particeps est, & in primis humiditatis: proinde soporem conciliandi vim ea habent. Radicis cortex, cùm sit valentißimus, non tantum refrigerat, sed & desiccat. Reliquū, quod intus est, imbecillū existit.

Man

Mandragoras niger, seu fœmina: Gallis, Mandegloire femelle.



Locus, Qualitates.

Huc refer omnem Mandragoræ candidi historiam.

Mala insana: Italis, Melanzana, seu Petranciani: Germanis, Melantzan: Gallis, Pommes d'Amours.

Locus ex Fuchsio.



Seruntur vt Melopepones, & Cucumeres.

Qualitates ex eodem.

Frigida sunt, & humida.

Ex Matthiolo.


Sunt qui vtantur ad Venerem excitãdam, quòd flatuosa sunt & concoctu difficilia. Frequentius tamen mansa biliosos generant humores, pariúntque viscerum obstructiones: vnde postea diuturnæ proueniunt febres, & habitus malus.

Auicenna.

Aconit

Aconitum Pardalianches, Scorpio Plinio, Cammoron, Thelyphonon, seu Myoctonon Latinis, & Græcis: Italis, Aconito: Germanis, Vvolffs beer, seu Doll vvurtz: Hispanis, Centella: Galiis, Aconit, la Tore, seu Estrangle Lyepard.

Locus.



Nascitur in Montibus, & nudis Cautibus, nullo iuxta, ne pulue re quidem nu triente.

Pli. li. 27. cap. 3.

Qualitates.

Putrefacien di facultatem obtinet, & lethale est: itaque in cibo, potúque fugiendum. At tamen ad putrefaciẽdum externas corporis partes, aut circa sedem idoneum est. Herbæ verò radix ad hæc vtilis est.

Gale. li. 6. simp. medica.

Aconitum cynoctonum, Lycoctonon, seu Luparia: Græcis ἀκόνιτον κυνόκτονον: Italis, Aconito per amazzar Lupi e Cani: Germanis, Vvolffs vvrtz. Hispanis, Yerua matta Louo, seu Yerua de Ballesteros.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in omnibus ferè montibus.

Qualitates.

Gale. li. 6. simp. medica.

Lycoctonon similem priori Aconito facultatem habet: sed peculiariter lupos, sicut illud Pardos interficere consueuit.

Aconi

Aconitum tertium, siue Luparia: Gallis, La Tore à fleurs iaunes: Italis, Vulparia.



Locus.

Nascitur in omnibus ferè montibus.

Qualitates.

Deleterium est vt cætera Aconita.

Aconitum quartum, seu Luparia aut Vu[lparia] altera : Gallis , Aconit aux fleur[s] iaunes.



Locus ex Matthiolo.


Nascitur in omnibus fere montibus.

Qualitates.

Deletericæ facultatis est, ut cætera Aconita.

Herba

Herba Paris, Vua versa, siue Vua vlpina. aut Aconitum Pardalianches falsum: Gallis, Raisin de Renard.



Locus ex Fuchsio.

Nascitur in omnibus ferè syluis, & Montibus.

Qualitates ex Matthiolo.

Semen contra veneficia, & morbos diuturnos præstantissimum est medicamentum. In quē vsum sumet illius puluerem, drachmæ pondere, in vigesimum vsque diem.

Napellus.



Locus.

Nascitur in Montibus.

Qualitates ex Matthiolo.

Napelli vis in necandis hominibus adeò immanis sæuáque existit, vt nullis ferè antidotis occurri poßit, nisi quàm primum & statim succuratur.

Napellus secundus.



Locus, Qualitates.

Idem cum priore Napello est.

Cicuta: Græcis, κώνειον: Arabibus, Sucaran: Italis, Cicuta: Germanis, Ziger kraut, Schirling, ſeu Vveterich: Hiſpanis, Ceguda: Gallis, Cignë, Cocuë, aut Seguë.

Locus ex Matthiolo.



Paſsim prope Vrbium & Oppidorum mœnia prouenit.

Qualitates.

Gal. li.7. ſimp.me.

Extrema refrigerantis eſt facultatis.


Ex Matthiolo.

Cicuta radix manſa, et in cibum ſumpta, aut pota, eam amentiam facit, quam Græci, ab ipſa Cicuta, κονίον appellant.

Taxus

Taxus: Græcis, σμῖλαξ: Italis, Taſſo: Germanis, Eiden baum: Hiſpanis, Texo: Gallis, If.

Locus ex Matthiolo.



Naſcitur in montibus, ſaxoſis ac præruptis locis, & inter Abietes & Piceas.

Qualitates.

Venenoſæ eſt facultatis. Gale.li.8. ſim.me.


Ex Plinio.

Vaſa Viatoria ex ea, Vinis, in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum eſt, &c. Pli. li.16. cap. 10.

Apocy

Apocynum, Cynocrambe, Cynomorũ, siue, Brassica Canina: Græcis, ἀπόκυνον: Syris, Periploca repens.

Locus ex Matthiolo.



Rara & exotica planta est, Syrisque familiaris: pergulis, & Scenis inumbrandis aptissima, topiarióque operi.

Qualitates.

Gale. li. 6. simp. me.

Canes celerrimè interimit, hominibúsque est venenum. Multùm grauiter olet. Proinde calida omnino est non instrenuè: non tamen proportione desiccat. Illita admodum digerentis est facultatis.

Nerium

Nerium, Rhododendrũ, Rhododaphne, siue, Oleander: Græcis, νήριον, ἢ ῥοδόδενδρον: Italis, Oleandro: Germanis, Olander: Hispanis, Adelfa, seu, Eloendro: Gallis, Oleandre, Rosage, seu Rosagine.



Locus.

Nascitur in amænis, maritimis, & secus amnes.

Dio. li. 4. ca. 77.

Qualitates.

Illitum discutiendi vim obtinet: intus sumptum, sanis hominibus perniciosum ac venenosum, plerisque etiam pecudibus.

Gal. li. 8. sim. me.

Fungi

Fungi: Græcis, μυκήτες: Arabibus, Hathar, seu, Father: Italis, Fonghi: Germanis, Pfifferling, Schvvemm, aut Keysckem: Hispanis, Hongos, Cogomelos, & Cyllerquas: Gallis, Potirons, Champignons, seu Moucerons.



Locus.

Siccos & nemorosos tractus amant: & nascuntur vbique.

Qualitates.

Gal. li.8. sim. me.

Fungus frigida humidáque admodum planta est: quamobrem etiam proximè ad deleteriam enecantémve facultatem accedit. Et sanè inter eos sunt qui interficiant: potißimùm qui ex natura mistam habent qualitatem putredinosam.

Colchicum ephemerum, Bulbus agreſtis, Officinis falsò, Hermodactylus: Græcis, κολχικόν: Arabibus, Surugen: Italis, Colchico: Germanis, Zeittloſz, aut Vvild ſaffran: Gallis, Mort au chien, ſeu Chiennée.



Locus.

Naſcitur vbique in Pratis vliginoſis.

Qualitates.

Strangulando enecat, eſt enim deleteriæ facultatis. Gal. li. 6. ſimp. me.

Ex Matthiolo.

Turcæ, cum inebriari volunt, flores vino macerant: dilutóque eorum poto adeo ſtupidi redduntur, vt in Ecſtaſin abeant.

Epheme

Ephemerum, seu Iris syluestris: Græcis, ἐφήμερον: Gallis, Flambe blanche sauuage: Italis, Giglio matto.

Locus ex Fuchsio.



Frequentissimum nascitur in montibus, pratis, & syluis.

Qualitates.

Galc. li. 6. simp. me.

Radix adstringens est, & boni odoris: ex quibus palā fit, quòd mistæ sit facultatis, temperaturæque, nempe repellentis, & halitu digerentis. In dentium doloribus colluitur efficaciter: folia autem tuberculorum tum augmēto, tum vigori congruunt. Oportet autem ea vino decocta, priusquàm pus moueas, illinere.

Helxine

Helxine, Parietaria, Vitriola, ſiue Perdicium: Græcis, ἑλξίνη: Italis, Parietaria, aut Vitriola: Germanis, Tag vnd nacht: Hiſpanis, Yerua del muro: Gallis, Paritoire, Parietaire, ſeu Vitriol.



Locus.

Naſcitur in parietinis, ſepibus, & maceriis. Dio. libr. 4. ca. 81.

Qualitates.

Vis ei ineſt abſtergendi & leuiter conſtringendi cum humiditate ſub frigida, Phlegmonas omnes in initio & augmento ſanat vſque ad ſtatum, maximè ſi calidæ fuerint. Diutina tuſſi vexatis quidam exhibent. Gale. li. 6. ſimp. me.

Alſine: Græcis, ἀλσίνη: Italis, Centone, Panarina, ſeu Pizza gallina: Germanis, Huenerdorm, ſeu Vogel Kraut: Gallis, Mouron.



Locus.

Lucis opaciſque gaudet.


Qualitates.

Dio. li. 4. cap. 82. Gale. li. 6. ſimpl. med.

Similem Helxinæ facultatem obtinet, nempe refrigerantem & humectantem: eſt enim eſſentiæ aqueæ frigidæ: quare & citra adſtrictionẽ refrigerat. Quocirca ad feruentes phlegmonas, & mediocria Eryſipelata competit.

Lens

Lens Paluſtris, ſiue Lenticularia: Græcis, *φακὸς ὁ ἐπὶ τῶν τελμάτων*: Arabibus, Tahaleb, ſeu Thaleb: Italis, Lente de gli paludi: Germanis, Vvaſſer linſen: Hiſpanis, Lenteya dellagoa: Gallis, Lentille de marais, ſeu de Mer.



Locus.

Inuenitur in aqua non fluente. Dio. li. 4. cap. 83.

Qualitates.

Humidæ frigidæq; temperaturæ eſt, vtrinque ex ſecundo quodammodo ordine. Gal. li. 8. ſimp. medica.

Sedum maius, aut Semperuiuum maius: Græcis, ἀείζωον μέγα : Arabibus, Beia halalen, seu, Hai alhalez: Italis, Sempreuiuo maggiore: Germanis, Grosz hausz VVurtz: Hispanis, Sempreuiua, & Yerua puntera: Gallis, Grande Ioubarbe, & Oüye.



Locus.

Dio.li.4. cap.84.

Nascitur in montibus & testaceis, & supra domicilia seritur.

Qualitates.

Gal.li. 6 simp.me.

Aïzoon maius & minus desiccat quidem leuiter quandoquidem & mediocriter adstringit, omnis alterius vehementis qualitatis expers: quare in eo plus cæteris abundat essentia aquea. Cæterùm non mediocriter refrigerat: est enim ex tertio ordine refrigerantium.

Se dum

Sedum minus fœmina, Semperuiuum minus, aut Vermicularis: Græcis, ἀείζωον μικρὸν: Italis, Sempreuiuo minore, seu Pignola: Germanis, Kleyn hausz Vvurtz: Gallis, petite Ioubarbe, seu Couille au Loup.




Locus.

Nascitur in petris, parietinis, & maceriis, necnon in scrobibus opacis. Dio. li. 4. cap. 85.

Qualitates.

Eiusdem est temperamenti, cuius Semperuiuum maius.

Semperuiuum tertium, seu Illecebra: Græcis, ἀειζώου εἶδος τρίτον: Arabibus, Alsebram, Handrachabara, seu, Tilafon: Italis, Sempreuiuo terzo.



Locus ex Matthiolo.

Diosc. li. 4. ca. 86.

Nascitur in saxis, antiquisque ædificiorum parietibus, & saxorum rimis.


Qualitates, ex Dioscoride.

Visci excalfactoria, acris & exulcerans. Illita cum axungia strumas discutit.

Vmbi

Vmbilicus Veneris, ſiue Acetabulum: Græcis, κοτυληδών: Italis, Cope, triuole: Hiſpanis, Scudetes: Gallis, Eſcuelles.

Locus ex Matthiolo.



Frequens naſcitur in ſaxis, & vetuſtis ædificiorum parietibus.

Qualitates.

Cotyledon facultatis mistæ eſt, nempe humidæ, ſubfrigidæ, & cuiuſdam obſcurè adſtringētis, & cum ea leniter amaræ: vnde refrigerat, repercutit, abſtergit, & diſcutit. Putantur folia cum radice manducata calculos confringere, & vrinam mouere.

Gale. lib. 7. ſimpl. medic.

Vmbilicus Veneris alter, quibusdã Cymbalium, seu, Cotyledum alterum.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in Montibus, saxisq́; inhæret

Qualitates.

Diosc. lib. 4. ca. 88.

Facit eadem quæ Semperuiuum.

Vrtica prima: Græcis, ἀκαλύφη: Arabibus. Huniure, Vraithlatun, ſeu, Angiara: Italis, Ortica: Germanis, Neſſel: Hiſpanis, Ortiga: Gallis, Ortiè.



Locus.

Solo tactu, vel etiam noctu, ab omnibus facilè dignoſcitur.

Qualitates.

Semen & folia (nam hæc potiſsimũ in vſum veniũt) digerentis ſunt facultatis. Sed & quiddam flatuoſum obtinent, quo & Venerẽ extimulãt: maximeq; vbi cũ Muſto ſemẽ bibitur. Porrò vehemẽter calfacit, eſtque admodũ tenuiũ partiũ: proindeq; craſſos viſcoſoſq; humores educit ex pectore, & pulmone. Actu tamen flatuoſa eſt, nõ poteſtate: flatus enim generat dũ cõcoquitur, In ſumma, ſubtiliũ eſt partiũ, & tẽperatura ſicca, nõ tamẽ tãtũ habet caliditatis vt etiã mordicare poſsit.

Gal. li. 6. ſim. me.

Vrtica secunda: Gallis, Seconde espece d'Ortie.



Locus, Qualitates.

Eadem nimirum quæ & superior est: nisi quòd minus aspera est priore.

Vrtica

Vrtica Græca, seu, Vrtica syluestris: Gallis, Ortie sauuage, seu, Ortie gringette.



Locus.

Nascitur vbique temerè.

Qualitates.

Acrior est & mordacior cæteris Vrticis.

Cardiaca, siue Agria Palma: Italis, Cardiaca: Germanis, Hertz gespan: Gallis, Gripaume, seu, Cheneueuse.

Locus ex Matthiolo.



Prouenit vbique iuxta semitas, circa sepes, & post vrbium mœnia.

Qualitates ex eodem.

Gustu adeò amarescit vt facilè existimari possit ad secundum excalfacientium ordinem, & tertium siccātium accedere. Præstat ad Cordis affectus: medeturq; cõuulsis ac resolutis. Pectus à pituita detergit: Lūbricos necat: obstructionesq; frigidas aperit, & mēses vrināq; ciet. In puluere contrita, & cochlearis mensura ex vino hausta difficilè parientibus mirum in modum opitulatur.

Galio

Galiopsis vrtica Labeo, vrtica fœtida siue vrtica mortua: Græcis γαλίοψις: Italis Ortica fetida: Germanis, Vvelschnessel: Hispanis, Ortiga muerta: Gallis, Ortie puante.

Locus.



Nascitur circa sepes, ædificiorum areas, ac semitas vbique.

Dios. lib. 4.ca.90.

Qualitates ex Diosc.

Folia, caules, semen succúsque durities & carcinomata dissipant, strumasque panos, & parotidas discutiunt. Oportet, bis die, tepidum ex aceto cataplasma imponere, & eius decocto fouere.

Scro

Scrophularia maior, Millemorbia, Ficaria, Ferraria, siue, Castrangula: Germanis, Braun Vvurtz: Gallis, Grande scrofulaire.

Locus ex Matthiolo.



Nascitur in scrobium marginibus, riguis, & vliginosis locis.


Qualitates ex eodem.

Radix strumas & hæmorrhoidas sanat. In quem vsum radix effoditur Autumno, repurgatáque tunditur cum recenti butyro: operculatóque fictili in vliginoso loco reponitur, vbi dimittitur per quindecim dies. Deinde lento igne butyrum illud liquefit, & percolatum asseruatur, quo prædicti morbi vtilissimè illinuntur.

Galion

Galion Latinis, & Græcis: Italis, Galio: Germanis, Megerkraut, Vnſer fravvẽ, V vegſtro: Hiſpanis, Coaia leche yerua: Gallis, Petit Muguet.

Locus.



Naſcitur in paluſtribus. Dioſ. lib. 4. cap. 91

Qualitates.

Galium ideo nomẽ ſortitum eſt ſuum, quòd lac coagulet. Adſimile autem eſt Aparinæ, facultatem obtinens exiccatoriam, & ſubacrẽ. Flos eius ſanguinis profluuijs competere videtur, & combuſtis mederi. Gal. li. 5. ſim. me.

Sene

Senecio: Græcis ἠριγέρων: Italis, Cardoncello, aut, Spelliciosa: Germanis, Creutz Vvurtz: Hispanis, Buon varon.



Locus.

Dio. li. 4. cap. 92. Gale lib. 6. simpl. medica.

Nascitur maximè in maceriјs, & circum oppida.

Qualitates:

Facultatem mistam obtinet, simul refrigeratoriam & modicè digerentem.

Mus

Muſcus marinus, ſiue Corallina: Græcis, βρύον θαλάσσιον: Arabibus, Thahaleb, ſeu Thabel, ſicut Lens Paluſtris: Germanis, Meermiesz ſeu, Mermoeſz: Hiſpanis, Mallorquiana yerua: Gallis, Coralline.



Locus.

Naſcitur in ſcopulis, teſtaceiſque haud procul à Mari.

Dioſ. li. 4. cap. 94.

Qualitates.

Conſtat ex terrena et aquea eſſentia, vtraque frigida: ſiquidem & guſtum adſtringit: & calidis quibusuis illitus, ea euidenter refrigerat, & adiuuat.

Gale. li. 6 ſimp. me.

Pota

Potamogeton, Stachytes, siue Fontalis: Græcis, ποταμογείτων: Germanis, Sam kraut, aut Sechalden kraut: Italis, Potamogeto: Gallis, Herbe des Estangs.



Locus.

Dio. li. 4. cap. 96. *Nascitur in palustribus, lacubus, & aquis stagnantibus.*

Qualitates.

Gal. li. 8. simp. me. *Adstringit & refrigerat similiter Polygono: sed essentia eius crassior quàm Polygoni est.*

Stratiotes Millefolium, ſeu Millefolium maius: Græcis, στρατιώτης χιλιόφυλλος: Italis, Millefoglio: Germanis, Garben: Hiſpanis, Milloyas yerua: Gallis, Millefueille, Cumin, ou Aneth ſauuage.

Locus ex Matthiolo.



Non admodum vulgaris eſt planta. Naſcitur in ſaxoſis.

Qualitates.

Adſtrictionis nonnihil habet: proinde & vulnera glutinare poteſt, & vlceribus eſſe vtilis. Sunt qui eo & ad ſanguinis eruptiones vtantur & ad fiſtulas.

Gal. li. 8. ſimpl. medica.

 Mille

Millefolium minus.



Locus.

Naſcitur paßim in aſperis agris, præcipuè circa ſemitas.

Qualitates.

Huc refer prioris Millefolij hiſtoriam.

Verba

Verbaſcum album fœmina, Officinis, Tapſus barbatus: Græcis, φλόμος: Italis, Verbaſco: Germanis, Vveyſz vvullkraut: Gallis, Bouillon blanc femelle.

Locus ex Fuchſio.




Naſcitur paſſim in Campeſtribus, & ſyluoſis.

Qualitates.

Radix guſtu acerba eſt & fluxionis affectibus prodeſt: ſed & ad dentium dolorem eam quidam colluunt. Attamen folia moderatè digerendi vim habent, & deſiccandi.

Gal. li. 8. ſimpl. medica.

Verbaſcum album mas: Gallis, Bouillon blanc maſle.



Locus.


Naſcitur paßim in Campeſtribus.

Qualitates.

Eandem temperaturam & vim habet, quam Verbaſcum fœmina.

Ver

Verbascum nigrum: Gallis, Bouillon noir.



Locus.

Nascitur passim in Campestribus & Syluosis.

Qualitates.

Easdem vires obtinet quas Verbascum primum.

Verbaſcum Lychnitis, Lanaria, Tryallis, Candelaria, Candela Regis, ſeu Tapſus barbatus: Græcis, φλόμος: Germanis, Kunigs kertz.



Locus, Qualitates.

Huc refer omnem Verbaſcorum hiſtoriam.

Verba

Verbascum syluestre, Gallis Bouillon sauuage, seu Bouillon à fleurs iaunes.



Locus.

Nascitur in Campestribus.

Qualitates.

Huc refer omnem Verbascorum historiam. Folia tamen ambustis sunt cataplasmata.

Primula veris, Verbasculum, Herba Paralysis, Arthetica, Arthritica, Brachæ cuculi, siue Verbascum odoratum: Italis, Fior di Prima vera, aut Brache di Cuculo: Germanas, Schlusselbluomen: Gallis, Prime vere, seu Brayes de Cocu.

Locus.



Nascitur passim, vere ineunte in pratis.

Qualitates ex Matthiolo.

Efficacem vim tribuunt ad articulorum dolores. Decoctum radicis ad renum & vesicæ calculos cōfert. Succus potus, & illitus, fractis, luxatisque ossibus valde prodest. Eodem expresso ex floribus, mulieres vtuntur ad erugandam faciem, eiusque maculas detergendas.

Primu

Primula veris altera.



Locus, Qualitates.

Huc refer omnem Verbasculi historiam.

Blas

Blattaria, Dioscoridi, Verbascum aureos flores emittens: Gallis, Herbe aux Mittes.



Locus ex Matthiolo.

Pli.li.25. cap.9.

Nascitur passim in Campestribus.

Qualitates ex eodem.

Ex amaritudine colligere licet, eam abstergere, & aperire posse.

Aethio

Aethiopis Latinis, & Grecis.



Locus.

Naſcitur in montibus, & plurima in Ida monte Troadis, & in Meſſenia Siciliæ. Dio.li.4. cap.100.


Qualitates, ex Paulo.

Radicis decoctum potum auxiliatur iſchiadicis, pleuriticis, & ſanguinem reÿcientibus. Arteriæ etiam aſperitates cum melle lenit. Aegin.libro 7.

Perſo

Personata, Prosopis, Prosopion, siue, Lappa maior, aut Bardana: Græcis, ἄρκτιον: Italis, Lappola maggiore: Germanis, Grosz Kletten: Hispanis, Bardana, aut Pagamacera maior: Gallis, Gletteron, seu Glouteron.

Locus ex Fuchsio.



Nascitur passim, maximeq; in pratorum & agrorum marginibus.

Qualitates.

Gale. li. 6. simpl. medica.

Discutit simul & desiccat, sed & adstringit mediocriter. Quamobrem folia eius veteribus vlceribus mederi possunt.

Perso

Perſonata altera, Plinio, Perſolata, falsò dicta Petaſites: Germanis, Peſtilentz Vvurtz.

Pli. li.25. cap.9.



Locus ex Fuchſio.

Naſcitur in pratis vliginoſis, & riguis.

Qualitates, ex eodem.

Ex amaritudine, quam poßidet, deſiccare tertio ordine videtur. Puluis radicis ex vino ſumptus efficacißimus eſt aduerſus febres peſtilentes, tormina, & vteri ſtrangulatus. Sudorem maximè ciet.

Epipa

Epipactis, seu Elleborine: Græcis, ἐπιπακτίς.



Locus.

Dio.li.4. cap.104.

Nascitur in locis vliginosis.

Qualitates.

Iocineris vitiis vtilis est, & contra venena bibitur.

Fuma

Fumaria, ſiue, Fumus Terræ: Græcis, καπνὸς: Arabibus, Sechiterig, aut, Sahete-regi: Italis, Fumus terræ: Germanis, Erdtrauch: Hiſpanis, Palomilla: Gallis, Fume-terre, ſeu Pié de Geline.



Locus.

Naſcitur in parietinis, et ſepibus, & paßim in hortis. Pli.li.25. cap.13.

Qualitates.

Acris ſimul & amaræ qualitatis eſt particeps, nec tamē planè expers eſt acerbæ. Quāobrem vrinam biliosam multam prouocat. Herba exiccata ſubductionis gratia melicrato inſpergitur: volenti autem roborare ſtomachum, vino diluto inſpergat. Gale.li.7. ſimp.med.

Fumaria altera Plinij, Fuchsio Pistolochia falsò dicta.

Pli.li.25. cap.13.



Locus, ex Plinio.

Nascitur in hortis & segetibus hordeaceis. Fuchsio tamen fruticat in syluis, & locis opacis.

Vires ex eodem.

Claritatem facit inunctis oculis, delachrymationémque, ceu fumus, vnde illi nomen.

Lotus

Lotus vrbana, Officinis, Melilotus: Græcis, λωτὸς ἥμερος: Italis, Meliloto: Germanis, Edler Steyn klee: Gallis, Melilot.



Locus.

Nascitur in hortis, pratisque, & inter segetes. Dio.li.4. cap.106.

Qualitates.

Vt mediocriter concoquendi vim possidet, sic etiam exiccandi: in caliditatis frigiditatisque coniugatione media quodammodo est, & temperata. Gal.lib.7. simp.me.

Lotus ſylueſtris: Græcis, λωτὸς ἄγριος: Arabibus, Handachocha, Garch, & Thusf: Germanis, Stein klee: Italis, Loto ſaluatico: Gallis, Grand Treffle des pierres.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in incultis & pratis.

Qualitates.

Gale. li. 7. ſimpl. medica.

Semen eius ſecundi eſt ordinis calefacientium: habétque nonnihil abſterſorium.

Millefo

Millefolium paluſtre: Græcis, μυριόφυλλον.



Locus.

Naſcitur in paluſtribus.

Qualitates.

Dio.li.4. cap.110.

Myriophyllon adeò deſiccat, vt vulnera glutinet.

Gale.li.7 ſimp.me

Millefolium paluſtre alterum.



Locus, & Qualitates.

Huc refer que dicta ſunt de Millefolio priore.

Myrrhis,

Myrrhis Myrrha, aut, Cicutaria.



Locus ex Fuchsio.

Nascitur in hortis, in pratis: & inter segetes.

Qualitates.

Radicē habet odoris iucūdi, & dulcē, quæ mensēs mouet & ea quæ in thorace ac Pulmone sunt expurgat. Itaque ex secundo ordine fuerit excalefacientium, adiuncta quadā partium tenuitate.

Gale. lib. 7. simpl. medica.

Angelica: Germanis, Angelic: Gallis, Angelique.

Locus ex Fuchſio.



Naſcitur in Montibus, & ſeritur in hortis.

Qualitates ex Matthiolo.

Radix guſtu acris eſt & ſuauiter odorata. Excalfacit pariterque deſicat ordine ſecundo completo, aut tertio incipiente. Proinde aperit, attenuat, & diſcutit. Venenis mirificè aduerſatur: quare peſtilentiam arcet hauſta, aut frequenter commanſa. Ipſa per ſe ſumpta pituitoſos lentóſque humores digerit. Radix in puluerem trita animi deliquijs & cæteris cordis affectibus opem ʋnicè præſtat.

Cirſ

Cirsium, quibusdam falsò, Buglossum: Græcis κίρσιον.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in vliginosis locis.

Vires.

Radix, adalligata loco laboranti, dolores varicum sedat. Dio.li.4. cap. 114.

Aster Atticus, Bubonium, siue Inguinalis: Græcis, ἀςὴρ ἀτ]ικος: Arabibus, Astaraticon: Italis, Aster Attico: Germanis, Sternkraut: Gallis, Petite espargoutte, seu, Petit Muguet.

Locus ex Matthiolo.



Nascitur in asperis, incultis, & conuallibus.

Qualitates.

Gal. li 6. sim. me.

Aster Atticus Bubonium dictum est, nō ob id tantum quòd illitum, sed etiā quòd suspensum Bubonas sanare creditur. Habet quiddam etiam digerens: habet verò non minimè & refrigerans quiddam ac reprimens, adeò vt mistæ sit facultatis vt Rosa: verùm non adstringit.

Alchi

Alchimilla, Stellaria, siue, Patta Leonis: Italis, Piè di Leone, seu Alchimilla: Germanis, Synnavv: Gallis, Piè de Lyon.

Locus ex Matthiolo.



Plurima in montibus prouenit, & in pratis clinosis.

Qualitates ex Fuchsio.

Folia, radiceque valide adstringunt & desiccant: vnde potionibus vulnerarijs peropportuna est, & desiccandis adstringendisque fœminarum locis. In quem vsum stillatitia eius aqua, aut decocto, aut puluere vtuntur. Vide Matthiolum.

Vio

Viola purpurea: Græcis, ἴον μέλαν, καὶ ἴον πορφυροῦν: Arabibus, Seneffige, Sonofrig, ſeu, Benefefegi: Italis, Viola mammola: Germanis, Mertzen violen: Hiſpanis, Violeta: Gallis, Violette de Mars.

Locus.

Dio. li. 4. cap. 117.



Opacis & aſperis naſcitur. Seritur etiam in hortis ad coronamẽta.

Qualitates.

Gal. li. 6. ſim. me.

Violæ folia aqueam & ſubfrigidam ſubſtantiam ſuperantem poſſident: proinde tum per ſe, tum cum polenta illita, calidas phlegmonas mitigant.

Ex recentioribus.

Violæ, citra noxam, deiectoria facultate præditæ ſunt.

Iacea

Iacea, seu, herba Trinitatis, Italis, Iacea: Germanis, Ireyſſam kraut: Gallis, Penſeés, aut, Menues penſeés.

Locus ex Fuchſio.



Naſcitur ſponte in cultis: ſeriturq́; in hortis ad Coronamẽta.

Qualitates ex Matthiolo.

Quibuſdã ad inteſtinorum ramices mirificè commẽdatur: cenſetúrque eodẽ ordine quo Symphitum. Sunt etiam qui eandem ægrè ſpirantibus, & pulmonum imflammationibus non obſcurè opem ferre tradant: quin & ſcabiem ſanare, & cætera cutis vitia delere.

Buglossum verum, Borrago, siue, Lingua Bouis: Græcis, βȢγλωσσον: Arabibus. Lisen althaur, seu, Lesan althaur: Italis, Borragine: Germanis, Burretsch: Hispanis, Borraia, &, Borraienes: Gallis, Borrache.

Locus.

Dios. lib. 4. ca. 123



Nascitur in campestribus & sabulosis: seriturque in hortis.

Qualitates.

Gal. li. 7. sim. me.

Humidæ, calidaque tēperatura est: itaque Vinis iniectum lætitiæ ac hilaritatis causa esse creditum est. Sed & ijs, qui ob faucium asperitatem tussiunt, coctum in melicrato conuenit.

Bu

Buglossum vulgare: Gallis, Buglose.



Locus.

Nascitur in Campestribus & sabulosis.

Qualitates ex Matthiolo.

Eisdem pollet facultatibus quibus Borrago.

Cyno

Cynoglossum verum, Latinis & Græcis.



Locus.

Prouenit in ſabuletis.

Vires ex Dioſcoride.

Dio.li.4. cap.124. *Folia cum ſuillo adipe veteri, medentur morſibus canum, alopeciis, & ambuſtis. Emollit aluum decoctum herbæ cum vino potum.*

Co

Cynogloſſum vulgare, ſeu Lingua Canis officinarum: Plinio, alterum Cynogloſſum.



Locus.

Naſcitur paſsim ſecus vias.

Vires ex Plinio.

Radix eius pota ex aqua ranis & ſerpentibus aduerſatur. Pli. li. 25. cap. 8.

Ex Fuchſio.

Recentioribus cenſetur frigida & ſicca ſecundo ordine.

Hippoglossum, Lingua Equina, Lingua pagana, Bislingua, seu Bonifacia: Græcis, ἱππόγλωσσον: Italis, Bislingua, seu Bonifacia: Germanis, Zæpfflin kraut: Hispanis, Lengoa de Cauallo: Gallis, Bislingua.

Locus ex Matthiolo.



Nascitur frequentissima in Liguriæ Alpibus, & syluosis montibus.

Qualitates ex recentioribus.

In Vteri affectibus, magno datur iuuamento, radicis aut herbæ puluis cochlearis mensura, ex Vino vel iure. Est & ad puerorum Enterocelas præstantissimum medicamentum: si diutius diluculo hauriatur puluis idem sesquidrachmæ, pondere ex Symphiti decocto. Vide Matthiolum.

Anthi

Antirrhinon: Plinio, Anarrhinon, seu Lichnis syluestris: Græcis, ἀντίῤῥινον: Italis, Antirrino: Germanis, Orant, Sterck kraut, aut Steick kraut: Hispanis, Cabezza de Ternera: Gallis, Oeil de chat, seu Mouron violet.

Pli li. 25. cap. 10.



Locus.

Nascitur passim in Aruis.

Qualitates.

Semen est ad sanationes inutile. Herba autem similis est cum Bubonio facultatis, sed minoris multò. Itaque ex illo de hoc conijcito.

Gale. li. 6 simp. me.

 Adian

Adiantum, Capillus Veneris, seu Polytrichon: Græcis, ἀδίαντον: Arabibus, Bersceguaſcen, Bersauſan, & Chulbare albir: Italis, Capel venere: Germanis, Fravvenhar: Hiſpanis, Culantrillo de pozzo: Gallis, Capilli Veneris, aut Salua via.

Dio. li. 4. cap. 131.



Locus.

Vmbroſis, & paluſtribus, circa parietum aſpergines, & fontium ſpecus enaſcitur.


Qualitates.

Gale. li. 5. ſimp. medica.

Adiantum in caliditate quidem & frigiditate ſymmetrum eſt: verum deſiccat, extenuat, & diſcutit, non tamen vllam manifeſtam caliditatem adfert, ſicut nec frigiditatem. Verùm poſuerit ipſum quiſpiam, ſecundum hanc oppoſitionem & temperiem, in ordine medio.

Tri

Trichomanes, Politrychon, ſeu Callitrychon: Græcis, τριχόμανες: Italis, Politrico: Germanis, Steinbrech: Hiſpanis, Politrico: Gallis, Politricum, ſeu Capilli veneris.



Locus.

Naſcitur in eiſdem locis quibus Adianton.

Qualitates.

Dio. li. 4. cap. 132. Gale. li. 8. ſimpl. medica.

Trichomanes eadem præſtat quæ Adiantum: ex hoc ergo de illo conijcito.

Xanthium, Lappa minor, siue Lappa in uersa: Græcis, ξάνθιον καὶ φασγάνιον: Italis, Lappola minore: Germanis, Bettlersleijsz, aut Spitzkletten: Hispanis, Lappa menor: Gallis, Petit Gloutteron, petite Bardane, seu Grappelles.

Dio. li. 4. cap. 133.

Gal. li. 8. simpl. medica.



Locus.

Nascitur lato, & pingui solo, & lacubus exiccatis.

Qualitates.

Fructus discutiēdi vim obtinet.

Ex Fuchsio.

Calidum & siccum censetur ex amaritudine & acrimonia quam gustu præ se fert.

Aegi

Aegilops, siue Festuca: Græcis, αἰγίλωψ: Arabibus, Dausir, Dalifit, Dosana, Dauser, seu Dusser: Italis, Squala: Gallis, Coquiole.



Locus ex Matthiolo.


Nascitur frequens inter segetes: sed frequentißima inter hordeum & Zeam.

Qualitates.

Digerendi vim poßidet: id quod ex gustu patet, leuiter enim est acris. Verùm & ex eo liquet quòd phlegmonas induratas, & agilopas sanet. Gal. li. 6. simp. me.

Galega, siue Ruta capraria, quibusdam falsò Glaux dicta: Italis, Lauanese, aut Lauamani.

Locus ex Matthiolo.



Prope riuos aquarum nascitur, & in vliginosis locis, scrobiúmque aggeribus & passim in montibus.

Vires ex eodem.

Præstat mirificè contra pestilentiam, & venenosorum animalium morsus. In quem vsum herba per se estur, atque illinitur. Succus eius, drachmis quatuor haustus, comitiales valde iuuat.

Osy

Oſyris, ſeu Linaria : Græcis, ὄσυρις: Italis, & Hiſpanis, Linaria: Germanis, Harn kraut: Gallis, Linaire.



Locus ex Fuchſio.

Naſcitur paßim vbique, maximè in Campeſtribus.

Qualitates.

Oſyridi amara ineſt qualitas, & obſtructiones expediendi facultas: quare & in iecinore conſiſtentes obſtructiones adiuuat. Gale. li. 8 ſimp. medica.

Smilax aſpera, Rubus Ceruinus, Hedera ſpinoſa, ſiue Hedera cilisſa: Græcis, σμίλαξ τραχεῖα: Italis, Rouo Ceruino: Germanis, Scharpffe vvinden: Gallis, Tan, ſiue Smilax aſpre.



Locus.

Dio. li. 4. cap. 139.

Naſcitur in paluſtribus & aſperis.


Qualitates.

Gal. li. 7. ſim. me.

Folia guſtata aliquid habent acrimoniæ & alioqui, ſi illis vtaris, calefaciunt.

Smi

Smilax Læuis, Campanella, Funis arborum, siue Volubilis maior: Græcis, μίλαξ καὶ σμίλαξ λεία: Italis, Vilucchio maggiore: Germanis, Vvinden, aut Zaungloeklin: Hispanis, Correguela mayor: Gallis, Liset, seu Campanette.



Locus.

Conuoluitur arboribus.

Qualitates,

Facultate quodammodo Smilaci asperæ par est.

Dio. li. 4. cap. 140. Gale. li. 7. simpl. medica.

Lupus

Lupus ſalictarius, Lupulus, Lupus reptitius, ſiue Hinnulus: Græcis, βρύον: Italis Lupolo, ſeu Bruſcandela: Germanis, Hopffen: Gallis, Houblon.

Locus ex Fuchſio.



Naſcitur ferè vbique in ſepibus. Seritur tamen in Germania ſtudiosè ab ijs qui Zythum conficiunt.

Qualitates, ex Fuchſio.

Calefacit & deſiccat ſecundo ordine, maximè radix.

Ex Meſue.

Flauam bilem detrahit, ſanguinem ab ea expurgat, & eius inflammationes extinguit. Syrupus ex ſaccharo & eius ſucco paratus vtiliſsimè exhibetur in febribus à bile & ſanguine excitatis.

Ruſcus

Ruſcus, Murina ſpina, ſiue, Myrtus ſylueſtris: Græcis, μυρσίνη ἀγρία, καὶ ὀξυμυρσίνη: Arabibus, Cubebe: Italis, Ruſco, & Pongitopi: Germanis, Bruoſch, aut Meuſz dorn: Hiſpanis, Ius barba, & Gilbarbera: Gallis, Bruſc: Officinis, Bruſcus.



Locus.

In aſperis & præcipitibus locis naſcitur. Dio.li.4. cap.141.

Qualitates, ex Dioſcoride.

Folia & baccæ, in vino potæ vrinam cient, menſes pellunt, veſicæ calculos frãgunt, ſtillicidio vrinæ medentur, dolores capitis ſanant, & regium morbum.

Laurus

Laurus Alexandrina, siue Laurus Idæa: Græcis, δάφνη ἀλεξάνδρεια, καὶ ἐπιφυλλόκαρπος: Arabibus, Gar Alexandriæ: Italis, Lauro Alexandrino: Germanis, Zæpfflinkraut: Gallis, Laurier Alexandrin.

Dio.li.4. cap.142.

Gale.li.6. simp.me.



Locus.

Inuenitur in montosis.

Qualitates.

Lauri herba temperatura euidenter est calida, & gustantibus acris simul & subamara est: potáque tum vrinam, tū menses prolicit.

Laurus

Laurus Alexandrina altera.



Locus, Qualitates.

De hac ex priore coniicito.

Daphnoi

Daphnoides, ſiue, Laureola: Græcis, δαφνοειδὴς: Arabibus, Daphnides: Italis, Laureola: Gallis, Laureole.



Locus.

Naſcitur in montoſis.

Qualitates.

Dio.li.4. cap.143. Gale.li.6. ſimp.me.

Eſt perſimilis viribus Lauro Alexandrinæ, ſicut & Chamædaphne.

Ex Fuchſio.

Validè calida eſt, & ſicca.

Chamæ

Chamædaphne, siue Laureola mas: Græcis, χαμαιδάφνη: Arabibus, Chamedaphnes: Officinis, Laureola: Gallis, Laureole masle.



Locus.

Nascitur in montosis.

Qualitates.

Gal. li. 6. simp. me.

Est persimilis viribus Daphnoidi, & Lauro Alexandrinæ.

Veratrum album, ſiue Elleborus albus: Græcis, ἐλλέβορος λευκὸς: Arabibus, Cherbachem, ſeu Charbech abaid: Italis, Elleboro biaco: Germanis, Vveiſz nieſz vvurtz: Hiſpanis, Verde gambre blanquo, & Yerua de Balleſte: Gallis, Ellebore blanc, ſeu Verare blanc.

Locus.

Dio. li. 4. cap. 145.



Naſcitur in montibus & aſperis.

Qualitates.

Gale. li. 6. ſimpl. med.

Elleborus vterque tum albus, tum niger extergentis ſimul & excalfacientis eſt facultatis: vt ſint tertij ordinis excalfaciẽtium & deſiccantium. Porrò niger guſtu calidior eſt: candidus ſubamarus.

Elleborus niger, seu Veratrum nigrum: Græcis, ἐλλέβορος μέλας: Arabibus, Cherbachen, seu Charbech asued: Italis, Elleboro nero: Germanis, Christvvurtz: Hispanis, Verde gambre negro, & Elleboro: Gallis, Ellebore noir, Verare noir, seu Obre.




Locus.

In collibus, asperis, & sitientibus locis enascitur. Dio. li. 4. cap. 146.

Qualitates.

In fistulam, callo induratam demissus, duobus, tribúsve diebus callū detrahit. Dentibus prodest cum aceto colluentibus. cætera Elleboro albo persimilis. Gal. li. 6. simp. medica.

Consiligo Matthioli.



Locus, ex eodem.

Plurima nascitur in Bohemia, præsertim in agro Pragensi.

Vires ex eodem.

Radices per auriculam perforatam insertæ, pecorum pulmonariam atque etiam alios morbos curant, Ellebori nigri modo.

Ophris,

Ophris, quibusdam, Elleborus albus, sed falsò: Germanis, *Zvveyblatt*.

Locus, ex Fuchsio.



Nascitur frequentissima in montibus, & in montium radicibus.

Qualitates, ex eodem.

Gustu lentorem quendam emittit, non sine dulcedine: vnde videtur calida esse & sicca.


Ex Matthiolo.

Præfertur vniuersa planta ad denigrandos capillos, fracturas sanandas, & vulnera glutinanda.

Cucumer syluestris, anguinus, erraticus, siue, Asininus: Græcis, σίκυς ἄγριος: Arabibus, Chefe allimar, Khate allhenei, seu Chetha alhamar: Italis, Cocomero saluatico: Germanis, Vvilder cucumer, seu, Esels cucumer: Hispanis, Cocombrillos amargos: Gallis, Cocombre sauuage.

Dios. lib. 4. ca. 149

Gal. li. 8. sim. me.



Locus.

Nascitur in sabuletis, & ruderibus.

Qualitates.

Vniuersa planta in vsu est. Succus summè quidem amarus est, leuiterque calidus: vt ex secundo sit ordine excalfacientium. Digerendi etiam vim possidet: & subtilium est partium. Radix similem succo facultate obtinet: abstergit nanque, digerit & emollit. Porrò cortex ea potentius desiccat

Sta,

Staphis agria, Vua ſylueſtris, Herba pedicularis, & pituitaria: Græcis, σαφις ἄγρια, ἢ ἀσαφις ἀγρια: Arabibus, Alberas, Habelras, Muibazagi, ſiue Miubezegi: Italis, Stafuſaria: Germanis, Biſmiintz: Hiſpanis; Fabaraz, Paparraz: Gallis, Stafis agria, ſeu Herbe aux poux.



Locus.

Naſcitur in opacis. Pli. li. 23. cap. 1.

Qualitates.

Vehementer acrem obtinet facultatem, abſtergitque valenter. Sed & vrendi vim aliquam habet. Gal. li. 6. ſim. me.

Thapſia Latinis & Græcis: Arabibus, Hiá tum, & Drix: Gallis, Turbit blanc.



Locus ex Matthiolo.

Plurima naſcitur in Apulia, præſertim Gargano monte.


Qualitates.

Gale. lib. 6. ſimpl. medic.

Acrē habet ac vehemēter excalfaciētē facultatē cū humiditate. Quamobrē ex alto violēter extrahit: & ipſū quod extraxit, digerit.

Spar

Spartium siue, Spartum: Græcis, σπάρτιον: Italis, Spartio: Germanis, Pfrimmen: Gallis, Geneſt d'Eſpaigne.



Locus ex Fuchſio.


Siccis & aridis gaudet, iuncusque eſt proprie aridi ſoli. Plin. libr. 29. cap. 2.

Qualitates.

Semen, & Virgarum ſuccus non instrenue trahentis eſt facultatis. Gal. li. 8. ſimp. me.

Genista, Genesta, Genistella, seu Genestra: Italis Genestra: Germanis, Ginst: Hispanis, Genestra, Giesta, & Giesteira: Gallis, Geneste.

Locus ex Fuchsio.



Nascitur in Sabuletis, aridisque locis, in collibus, & secus vias.

Qualitates ex Mesue.

Planta tota perturbat, prouocat, incidit & attenuat, obestq́; cordi & ventriculo. Epotum semen pituitam vtrinque valentissimè purgat, & ab articulis quoque humores trahit. Renum & vesicæ excrementa & calculos pellit. Fit ex floribus oxymel, cuius vsu indurati lienes resoluuntur. Dosis florũ à drachmis duabus ad quinq;: seminis verò, à drachmis duabus ad quattuor.

Nar

Narcissus: Græcis, νάρκισσος: Arabibus, Narces, seu Nargies: Italis, Narcisso: Germanis, Vethbluomen, Hornungs bluomen, aut, Zeit losen: Gallis, Narcisse, Campanette, seu, Iannette.



Locus.

Nascitur in montibus, seriturque in hortis ad coronamenta.

Dio. li. 4. cap. 155.

Qualitates.

Gale. lib. 8. simpl. medica.

Narcissi radix adeo exiccandi facultate pollet, vt & maxima vulnera conglutinet, vel ad incisiones vsque quæ circa tendones accidunt. Habet etiam quiddam abstersorium & attractorium.

Ricin

Ricinus, Palma Christi, Cataputia maior, Regium granum, Pentadactylon, siue Croton, Græcis, κίκι, καὶ κρότων: Arabibus, & officinis, Cherua: Italis, Girasole, Mirasole, seu, Faggiuolo turchesco: Germanis, Vunder baũ, seu, Kreutz baum: Hispanis, Figheira del'inferno: Gallis, Palma Christi.

Plin. libr. 15. ca. 7.



Locus.

Germana est Aegypti & Hispaniæ: seritur tamen hodie in hortis.

Qualitates.

Galen. li. 7. simpl. medica.

Ricini semen quemadmodum expurgat, detergit, ac digerit, sic quoque foliũ: sed vndequaque debilius. Oleum quod ex semine cõficitur, calidius, & tenuiorum est partium quàm oleum commune: ac proinde etiam discutit.

Tithy

Tithymalus masculus, Characias, Amygdaloides, siue lactaria herba: Græcis, τιθυμάλος χαρακίας: Arabibus, Xauser, seu, Ethula: Germanis, Vvoliffs milch: Hispanis, Leche tresna, seu, Leche tregna: Gallis, Tithymale de Montaigne.

Locus.



Nascitur in asperis, & montibus.

Dio. li.4 cap. 159.

Qualitates.

Tithymali omnes vincentē habēt acrē, calidāque facultatē. Inest verò & amaritas: validissimus itaq; est eorū liquor. Secūdū locū tenēt semen & folia. Sed & radix dictarū facultatū particeps est, sed non ex æquo. Valentissimus tamen omnium est Characias: deinde Myrsinites: post, qui in petris nascitur: deinceps qui Verbasco adsimilis est, & Cyparissias: deinde marinus: postremò Helioscopius.

Gal.lib.8. sim. med.

Tithyma

Tithymalus fœmina, siue Myrsinites, Myrtites, Cariytes, siue candida Lactaria.



Locus.

Dio.li.4. cap.159.

Nascitur in asperis.

Qualitates.

Vide historiam Tithymali Characiæ.

Thity

Tithymalus paralius, Tithymalis, Lactuca marina, siue, Lactuca Caprina.

Dio.li.4. cap.159.



Locus.

Nascitur in maritimis.

Qualitates.

De hoc ex Tithymalo Characia conijcito.

Tithy

Tithymalus Helioscopius.

Diosc. li. 4. ca. 159



Locus.

Circa oppida nascitur, potißimum in ruderibus.

Qualitates.

Eandem habet vim quàm cæteræ Tithymalorum genera.

Tithy

Tithymalus Cyparissias, siue Esula minor: Arabibus, Scebram minus.



Locus.

Nascitur vbique ferè circa oppida, & secus vias.

Qualitates.

Huius pro omni Tithymalo inualuit vsus: ex alijs ergo de hoc conijcito.

Tithymalus Dendroides.



Locus.

Bio.lib.4. cap. 159.

Nascitur in petris.

Qualitates.

Imbecillior est cæteris Tithymalis, quanquam sit eiusdem facultatis.

Pytiu

Pytiusa, siue Esula maior: Græcis, πιτύουσα: Arabibus, Scebram maius, Alsebram maius, Mehezeheregi, siue Phthias: Italis, Esula maggiore: Gallis, Turbit noir.



Locus ex Matthiolo.

Nascitur in Montibus, maximéque in Gargano Monte Apuliæ,

Qualitates.

Species est Tithymalorum, quòd succum habeat vt illi, quódque similiter illis purget, cateráque omnia viribus illis sit adsimilis. Gale. li..8 simp medica.

Lathyris, siue Cataputia minor: Græcis, λάθυρις: Arabibus, Mendana: seu Mahendane: Italis, Cacapuzza, seu Cataputia minore: Germanis, Springkraut, Spring koerner, seu Tereib koerner: Hispanis, Tartago: Gallis, Espurge.

Locus ex Fuchsio.



Nascitur vbique in hortis, locisque cultis & sabulosis gaudet.

Qualitates.

Gale. li. 7. simp. medica.

Succum habet vt Tithymalis, eodémque modo purgat totáque illis facultate similis est: nisi quòd semen gustantibus videatur dulce, quod sanè etiam maximè purgatoriam vim obtinet.

Peplus

Peplus, siue Esula rotunda: Græcis, πέπλος: Gallis, Reueille matin des vignes.



Locus.

Nascitur inter vites, & in hortis.

Dio. li. 4. cap. 162.

Qualitates.

Succum habet similem Tithymalis, cùm in alijs, tum quia purgat ceu alij.

Gal. li. 8. simpl. medica.

Chamelæa, Oleaſtellum, Leo terræ, ſiue Herba viduifica: Græcis, χαμελαία: Arabibus, Mezerion, ſeu Alemezerion: Germanis, Zylandt: Gallis, Boys Gentil.



Locus ex Matthiolo.

Naſcitur in montibus.

Qualitates.

Gale. li. 8. ſimpl. medica.

Vincentem habet qualitatem amaram: proinde ſordida admodũ vlcera, & quæ maximas habent cruſtas, cũ melle purgare poteſt.

Thy

Thymelæa, Piper Montanum, ſeu Leo terræ: Arabibus, Mezereon.



Locus.

Naſcitur in montibus & aſperis:

Qualitates ex Dioſc.

Semen per inferna, bilem, pituitam, aquã ſque detrahit, ſi viginti granorum pars interna bibatur. Verùm fauces adurit: proinde temperandum eſt, & adhibenda hic cautio. Vide Meſuen in Mezerio.

Dio. li. 4. cap. 167.

Sambucus: Græcis, ἀκτῆ: Arabibus, Iafa-cti: Italis, Sambuco: Germanis, Holder, seu Holler, Hispanis, Sabugo, & Caninero: Gallis, Sureau, Suseau, Suyer, aut Seu.



Locus ex Fuchsio.

Nascitur in opacis, & asperis: gaudétque fluuiorum ripis.

Qualitates.

Vtraque Sambucus desiccandi, conglutinandi, modicéque digerendi facultatem obtinent.

Ebu

Ebulus: Græcis, χαμαιάκτη: Arabibus, Chameactis: Italis, Ebulo: Germanis, Attich, ſeu Niderel holdel: Hiſpanis, Hiezguſo, aut Sabugo pequegno: Gallis, Yeble.



Locus, Qualitates.

Eiſdem locis gaudet quibus Sambucus, eaſdémque vires habet.

Apios, ſeu Iſchas, Latinis & Græcis.



Locus.

Naſcitur in montibus. E Creta tamen & Apulia adfertur ad nos.

Qualitates ex Theophraſto.

Theoph. de natu. plāt. li. 9. cap. 10.

Datur ad expurgandum corpus: quòd altera radicis parte ſuperius, altera inferius purget.

Colocynthis, ſiue, Cucurbita ſylueſtris: Græcis, κολοκυνθις: Arabibus, Chandel, Handel, ſeu Handal: Italis, & Hiſpanis, Coloquintida: Germanis, Coloquint, & Vvilder Kurbſz: Gallis, Coloquinte, aut Courge ſauuage.

Locus ex Fuchſio.



Seritur ſemine, in hortis.

Qualitates.

Colocynthis guſtu amara eſt: ſed quæ amariſsimo medicamento epoto adſunt opera, ea euidenter efficere nequit, ob purgatoriam facultatem, quam validam in ſeſe continet: nimirum cum iis quæ expurgat, antè & ipſa per aluum excerni præuertens. Viridis ipſius ſuccus intritus Iſchiadicis prodeſt.

Gal.li.6. ſimpl.medica.

Epithy

Epithymum, Latinis, & Græcis: Arabibus, Epitimo, & Efichemo: Italis, Epitimo: Hiſpanis, Cabellos, & flores de Thomillo: Gallis, Epitimum, ſeu Teigne de Thym.

Locus.

Dio.li.4. cap. 172.



Flos eſt adnaſcens Thymo, ſeu Podagra Thymi eſt.

Qualitates.

Gale.li.6. ſimp.me.

Epithymum Thymi facultatem habet: ad omnia tamen efficacius eſt: deſiccat enim & excalfacit ordine tertio.

Caſſutha

Caſſutha, Caſſy tha, Cuſcuta, ſiue Podagra Lini: Italis, Cuſcuta: Germanis, Flachs ſeiden: Gallis: Couche m'icy.



Locus.

In frutices & herbas Epithymi modo proſilit: viuitq́ earum adminiculo fulta, nulla radice nixa: ſed velut ab alarum ſinu prodeuntibus cirris, capillamentiſue longiſsimis.

Qualitates, ex Matthiolo.

Eadem illi ineſt facultas, quæ & plantis in quibus naſcitur. Excalfacit tamen ordine primo, ſiccátque ſecundo. Abſtergit, & quadam cum adſtrictione corroborat. Conſule Matthiolum ſuper eius viribus.

Alypum

Alypum, siue Alypia, Latinis & Græcis, Gallis, Turbit blanc.



Locus.

Gignitur in maritimis.

Dio. li. 4. cap. 173. Aegin. libro 7.

Qualitates, ex Paulo.

Alypi semen inferius purgat bilem, pari Epithymo mensura, cum sale, & aceto: intestina verò leuiter exulcerat. Cæterum ad nos sola adfertur radix, quæ vicem Turpeti albi supplet.

Vitis

Vitis ſylueſtris, Atragena Theophraſto: Græcis, ἄμπελος ἀγρία: Italis, Vite ſaluatica: Gallis, Vigne ſauuage, aut Tam.



Locus.

Naſcitur in Dumetis, Sepibus, & montibus ſyluoſis.

Qualitates.

Racemi extergendi vim habent: ſed & adſtrictionem quandam extrema germina obtinent, quæ & ſale condiri aſſolent. Galen.

Vitis

Vitis alba, Bryonia, siue Psylothrum: Græcis, ἄμπελος λευκὴ: Arabibus, Fesire, Alfesire, Fessera, siue Alfescera, Nezargiesan, aut Nezarchasen: Italis, Vite bianca, aut Zucca saluatica: Germanis, Stick vvurtz & Teufel Kirbsz: Hispanis, Nuexa, & Anorca: Gallis, Coleuurée, aut Feu ardant.

Locus ex Matthiolo.



Paßim secus vias, & propter sepes prouenit.


Qualitates.

Gale. li. 6. simpl. medica.

Prima germina adstringunt modicè cum quadam acrimonia et subamarore. Radix abstergentem, desiccantē, & tenuium partium, ac moderatè calidam vim obtinet. Corymbi depilatorij sunt.

Vitis

Vitis nigra, siue Vua Taminia: Græcis, ἄμπελος μέλαινα: Arabibus, Fesire sentanim, Fesi resim, Alfesi resim, & Faserim: Italis, Vite nera, seu Tamaro: Hispanis, Congorca: Gallis, Tam, aut Coleuurée noire.



Locus.


Nascitur in apricis.

Qualitates.

Viti albæ ad omnia similis, nisi quòd imbecillior.

Plin. li. 23 cap. 1. Gale. li. 6. simp. me.

Balſamina, Viticella, ſeu Momordica: Italis, Viticella, Caranza, Balſamina, ſeu Pomo di Ieruſalẽ: Germanis, Balſam Kraut, ſeu Mænnlin: Gallis, Merueilles.



Locus ex Matthiolo.


Nuſquam niſi ſatæ prouenit.

Vires ex Matthiolo.

Folia vulnera recentia glutinant. Oleum ramicoſis pueris efficax remedium eſt, ſi eo locus ſæpius perungatur. Vide Matthiolum.

Filix

Filix mas: Græcis, πτέρις: Arabibus, Sarax, aut Sarachs: Italis, Felce: Germanis, Vvalde farn: Hispanis, Helecho yerua: Gallis, Feugiere masle.



Locus.

Nascitur in montibus & saxosis. Dio. li. 4. cap. 178.

Qualitates.

